nunctiant que homines mira-
tur propter tarditatem terreni cor-
poris accessit autem demonibus
per tam longum tempus quo eo-
rum vita protenditur rerum longe
maior experiencia quam hominibus potest
evenire propter brevitatem vite
Dicto futura predicunt et quedam mira
faciunt quibus alliciunt homines
et seducunt Unde quedam
mulierculae post sathanam
converse demonum illusionibus

et fantasmatibus seducte cre-
dunt se et confitentur noctur-
nis horis cum Diana et in-
numera multitudine equitare
earumque iussionibus obtemperare.
Ipse namque sathanas qui trans-
figurat se in angelum lucis
cum mentem cuiuscumque mulier-
cule ceperit et hanc sibi per infide-
litatem subiugaverit illico trans-
format se in diversarum personarum
species et similitudines et mentem
quam tenet captivam in somp-
niis deludens modo leta mo-
do tristia modo cognitas modo
incognitas personas ostendens
per devia queque deducit et cum
solus spiritus hoc patitur infide-
lis non in animo sed in corpore hoc
evenire opinatur. Quicumque ni-
mis stultus et hebes est qui
hec omnia que in spiritu fiunt
etiam in corpore accidere arbitra-
tur. Cum Ezechiel et alii pro-
phete Johannes ewangelista et alii
apostoli in spiritu non in corpore visi-
ones viderunt. Utrum mor-
tui cognoscunt que sunt in
hoc mundo. .xo.
Cum homines vivi seu
mortui hominibus dormi-
entibus seu vigilantibus apparent
non in ipsis rebus ut sunt viden-
tur sed in quibusdam similitudini-
bus rerum. Istud autem angelicis
operacionibus fieri credimus per

disposicioque providencie dei bene
utendo bonis vel malis secundum
inscrutabilem altitudinem iudicio-
rum suorum seu hinc instruantur
mentes mortalium seu fallantur
seu consolantur sive terreantur
sicut unicuique prebenda est misericordia
vel irroganda iusticia ab eo
cui quidem misericordiam et iudicium non
inaniter decantat ecclesia. Ibi si-
quidem sunt spiritus defunctorum
ubi non vident neque audiunt
que aguntur aut eveniunt in
ista vita hominibus ita tamen quod cura
est eisdem de vivis quamquam quid
agant omnino nesciant. Quemad-
modum est nobis cura de mor-
tuis quamquam quid agant utique
nesciamus. Nesciunt quidem mor-
tui quid hic agatur sed dum
agitur postea audire possunt
ab eis qui hic moriendo ad
eos pergunt non quidem omnia sed
quantum eis sinitur indicare
et eos oportet scire. Scire etiam
possunt ab angelis qui hic presto
sunt nobis et animas nostras ad
illos defferunt. Spiritu etiam dei
revelante cognoscere possunt que
hic aguntur que necessaria est eos
noscere. Quidam et ex mor-
tuis ad vivos rapi possunt non
per propriam naturam sed per divi-
nam potenciam. Utrum autem
ista fiant per corporum presenciam an
per angelos suscipientes eo-
rum personam affirmare non audeo

Deus enim oper qui est ubique presens per angelica ministeria usque quo diffusa potest ista hominibus prebere solatia quibus in huius vite miserijs ministeria indicat esse prebenda. Quod potentie anime crescant non anima et quod corporis habet similitudinem in penis.

Potentie anime. XI.
Atque virtutes longa exercitacione atque successu temporum crescunt. Ipsa vero non crescit nec decrescit sed a parvitate membrorum aut huiusmodi crassitudine et corporis corruptione impedita vires suas exercere non potest. Anima dum exuta carne est vivit videt audit et omnes sensus atque ingenia vivaciter tenet utpote pura subtilis viva et perpetua. Et sicut deus ubique in semetipso sit anima ubique est quodammodo in semetipsa ac per hoc ibi est anima post corpus ubi erat in corpore agens, ibi deus est modo ubi prius quam mundus fieret ubique etiam foret si mundus esse desineret. Sicut sepe dictum est incorporea est anima, potest tamen habere similitudinem corporis non corporalem sed corpori similem et corporalium omnino membrorum cum de corpore egreditur. Sicut enim anima ad spiritualia pro meritis fertur et ad loca penalia similia corporibus qualia sepe monstrata sunt hijs qui rapti sunt a sensibus corporeis et mortuis similes iacuerunt cum et ipsi in semetipsis similitudine quandam gererent corporis sui per quam possent ad illa ferri et talia similibus sensibus experiri. Anime siquidem que in corporibus viventes pro bonis delectatione rerum visibilium corporea ymaginibus afficiuntur a corporibus in easdem ymaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus passionibus teneri possunt. Quia a corruptione corporalium affectuum hic munda te non fuerunt quia corpulenter de carnis delectatione triumphant. Quedam autem anime in eisdem locis in quibus culpam commiserunt puniuntur. Quedam abditis receptaculis usque ad ultima rerum continentur sicut una quaque digna est requie vel miseria. Quomodo anima cognoscat se per se. XII.

Multa de anima dixi sed non dixi quando facta vel quando de corpore egreditur hoc non dicere possum quia nec initium meum scio nec finem. Nescio unde venio aut quo vado sed plane scio quod mortales sumus quia quamvis velimus vel nolimus omnes moriemur quoniam mors expectat nos ubique. Nichil

enim morte citius vel hora mor-
tis incertius nam nescimus qn
vel quo vel vbi moriemur
Idcirco semp debe9 ee pati
vt cu corpus resolvetur ad terra
de qua sumptu est et spus re-
deat ad dominum qui dedit illu
Illud siquidem nos maxime mo-
vere debz q a vetibz sapie-
tibz ipse homo ita diffinitur
est homo est aial rationale
mortale hoc genere posito
q animal dictum est ad istas du-
as dras videm9 qbus amo-
nendus erat homo et quo es-
set sibi redeundum et vnde fu-
giendum Sicut enim pgressus
anime vsqz ad mortalia lap-
sus est Sic regressus eius
vsqz ad rationem ee deberet
qua impugnantibz vicijs resis-
tere valeat vt scdm natz suaz
vivat et ordinari appetat sub
illo scz a quo regi debet & sup
ea que regere deberet vno v-
bo qd rationale dicitur separatur
a bestijs alio q mortale a divi-
nis illud nisi tenuerit bestia
erit hoc si non hūerit divina
erit Ideo ut homo sibi in-
cognitus se cognoscat magn9
opus est consuetudine rece-
dendi a sensibz ut aiam ad se
colligat et vt in seipso se reti-
neat hijs siquidem sensibus
impeditur aia ne seipaz intue-

valeat et creatore suu quem
sola et simplex sine istis oculis
intueri debet Anima namqz vol-
mt eas res que sunt a deo co-
dite superat oia et ideo deo pxima
est quando est pura eiqz qn-
tu caritate cohesit intim ab 33
illo luce intelligibili pfusa et
illustrata quodammo non p corpo-
reos oclos sed p sui ipius pn-
cipalem potentiaz .i. itelligenciam
dm cernit in quo est pfectissima
pulchritudo et beatissima visi-
o qua visione fit bta Re-
moveat ergo a consideratione
sua omes notitias que p cor-
poris sensus extrinsecus capiu-
tur quequ etiam corporalia et eoru
similitudines sensibus quoqz et ymagi-
gines in memoria infixe cu
recordando reminiscitur ad ex-
teriore hominem ptinet quoqz istis
quasi nuncijs anima exteriora
percipiat Mens ergo cui ni-
chil seipsa presentius est quadam
interiori no simulata sed vera pn-
cia videat se in se Nichil enim
ea novit mens quam id qd sibi
presto est nec menti quicquam
magis presto e quam ipsa sibi
Nam cognoscit se vivere me-
minisse se intelligere se velle co-
gitare scire iudicare novit
hec omnia i se et ymaginatur
quasi ex se illa a quo sensu cor-

tetigerit sicut corporalia queque tan-
guntur ex quorum cogitacionibus
sic ei nichil affigatur ut se
aliud se esse putat quicquid ei de
se remanet hoc solum ipsa est
nichil enim tam in ipsa mente
quam ipsa mens est neque quidquam
mente sit cognoscit quemadmodum
mens Cum enim querit mens quid
sit mens pro certo novit quod se ipsam
querit et novit quod ipsa sit mens
que se ipsam querit nec enim ali-
ud querit se quam se ipsam Cum er-
go querentem se novit se utique
novit et omne quod novit tota
novit atque se ita novit tota
et si in parte est incerta non se
totam querit tamen que tota querit
tota sibi presto est Nichil enim
sibi presencius se potest esse quod autem
de se querit quid antea fue-
rit uel ventura sit uel qualis
modo sit querit enim quam similis
quam dissimilis deo quam humilis sit et
devota quam pura quam sancta
Sed quia in istis est corpora-
libus que cum amore cogitat
et cum quibus amore assueta facta
est non potest utique sine ymagine
eorum videre semetipsam Namque
tanto ei amoris glutino ad-
heserunt que foris sunt carna-
lia ut eciam cum absunt ista presto
sunt ymagines eorum cogitanti
Quapropter secernere eas a se non
potest ut se sola inspiciat et vi-
deat Ergo redeat ad se et

stet in se nec sicut absentem
se querat sed velut presentem se
curet cernere et discernere intencionem
voluntatis qua per alia vagabatur
statuat in se ipsa et cogitet se
ut se ipsam cognoscat et diligat
et ita videbit quod nunquam se ama-
uit nunquam se sciuerit sed cum
alia secum amando cum eis se con-
fundit Ita ut sine magno
labore separari ab eis non pos-
sit quibus cum amore inhesit propte-
rea fantasmata corporalium ymaginum
deformatarum eisdem alte impressa
eciam soluta a corpore non exuitur
Si enim a corrupcione corporalium
affeccionum hic non emundatur
corpore exuta corporalibus tamen pas-
sionibus Studeant ergo in hac
vita se ab huiusmodi federacione
mundare quatenus cum hinc exie-
rit nichil corporeum secum
trahat et a corporalium passio-
nibus immunis exsistat ¶ De consi-
deracione corporis per animam et sensum

Vivificatione xz
et sensificatione descen-
dit anima ad corpora
presencia namque sua id vivifi-
cat et colligit in unum atque in
uno tenet diffluere atque tabes-
cere non sinit congruenciam
eius atque modum servat non
tantum in pulchritudine sed eciam in cre-
scendo atque in gignendo Ascen-
dit etiam anima in tactu et eo

calida et frigida et aspera lenia dura et mollia leuia et grauia sentit atque discernit. Deinde inuisibiles species corporum odorum sonorum formarum gustando olfaciendo audiendo uidendo diiudicat. Atque in hiis omnibus ea que secundum naturam sui cordis sunt appetit fugitque contraria remouet se ab hiis sensibus cito que interuallo temporum et eorum motus quasi per quasdam foras repetens rerum ymagines quas per eas hausit secum alternat et multiplicat versat.

¶ Quod indiget anima intelligendo diuina. XX

Cum uero uolt intelligere uel diuina vel deum uel seipsam suasque considerare virtutes abstrahat se ab omnibus sensibus corporeis quibus non adiuuatur nisi ad corporeas foras colores que sciendos et spiritu atque ratione se conspiciat. Intelligentia atque contemplatione ad deum ascendit deus vero reuelatione atque diuina inspiratione descendit ¶

Quid sit meditatio et quid sit contemplatio. XXI

Meditatio siquidem est occulte mentis studiosa inuestigatio. Contemplatio est perspicue veritatis iocunda admiratio illam utique diuina illuminat reuelatio. Ut veritatem cognoscat ista diuina inspiratio inflammat ut eam diligat. Corpus autem sensu uel ymaginatione ascendit ad deum. Quidam siquidem corpus ex quatuor elementis compositum est sed in carne et ossibus terra maxime apparet propter ternam soliditatem aqua in humoribus aer continetur in pulmone. Flatus spiritus in motu est quod ventilabrum est cordis ne nimio calore cor consumatur et dissoluatur. Sedes ignis est in corde et ideo inferius est latum et superius acutum quam formam ignis retinet. Quedam vis ignea a corpore a corde ad cerebrum ascendit tamquam ad celum corporis in ibique purificata et colata per oculos aures nares ceteraque instrumenta sensuum foras egreditur et ex contactu exteriori formata que que sensus corporis facit scilicet visu auditu odoratu gustu et tactu qui tangendi sensus ab anteriori parte cerebri ad posteriorem transiens et inde per ceruicem et medullam spine descendens per corpus totum diffunditur. Propterea ipsa vis ignea que exterius formata sensus dicitur eadem formata per ipsa sensuum instrumenta et per que egreditur et in quibus formatur operante natura introrsum ad cellam fantasticam usque

retrahitur et recluditur atque
ymaginacionem efficit. Postea
eadem ymaginacio ab anteriori
parte capitis ad mediam trans-
siens ipsam anime racionalis substanciam
contingit et excitat discrecionem
intantum purificata et subti-
lis effecta ut ipsa spiritum immediate
coniungatur. Veruntamen naturam
corporis retinens et proprietatem
que quidem ymaginacio non
transcendit in brutis animalibus
fantasticam cellam. In raciona-
libus autem purior fit et usque
ad racionalem et incorpoream anime
substanciam contingendam defertur
et progreditur. Quid sit y-
maginacio. X6

Est itaque ymaginacio
similitudo corporis per
sensus quidem corporeos ex contac-
tu corporum concepta extrinsecus
atque per eosdem sensus introrsum
ad partem puriorem corporei spiritus
reducta eique impressa infimum
scilicet corporalis spiritus et in ymo racionalis
corporale informans et racionale con-
tingens. Spiritum corporeum voco
aerem vel pocius ignem qui
pre sui subtilitate videri non
potest et corpora intus vegetan-
do vivificat. Quedam autem
vegetat tantum et non sensificat
sicut arbores et herbas et
universa in terra germinancia. Que-
dam vegetat et sensificat sicut
omnia bruta animalia in quibus
quedam tantum sensus habent et yma-
ginacionem non habent. Quedam
vero sensum et ymaginacionem habent.
Cum itaque magis sit sensificari
quam vegetari constat procul du-
bio hanc vim magis esse subtilem
et ubi magis subtilis est
magis spiritus est. Magis siquidem
incorporee nature appropinquat cum
ymaginacionem informat quam
cum spiritum prestat. Nichil enim in cor-
pore actuosius animalis spiritu vicinius
esse potest quam id ubi post sensum et
supra sensum vis ymaginandi
concipitur. Id quidem intantum sub-
lime et subtile est ut quidquid
supra id est aliud non sit quam racio.
Quod anima ex diversis officiis
diversa sortitur nomina. ·XX·

Anima vocatur totius
hominis interior qua vivi-
ficatur regitur et con-
tinetur lutea illa massa hu-
mefacta suo ne arefacta dis-
solvatur. Dum ergo vivificat corpus
anima est. Dum vult animus est.
Dum scit mens est. Dum recolit
memoria est. Dum iudicat racio est. Dum
spirat vel contemplatur spiritus est.
Dum sentit sensus. Nam in sensibus
dicitur pro hiis que sentit unde
et sensus nomen accipit. Habet
etiam corpus quinque sensus ex quibus
anima subtilissime totum
corpus agitat vigore sentien-
di. Ista autem hec omnia

adiuncta sunt anime ut vna
sit res pro efficacijs tantum causarum
diuisa nomina sortita est anima
Vnde essentia est simplex in of-
ficijs multiplex memoria autem mens
est Vnde immemores amentes di-
cimus Omnium rerum thesaurus et
custos est memoria nec eua-
cuari potest tam grandis est eius
complexitas et animus ipsa est
nec aliud significo cum animam
cum mentem dico sed propter aliud
animam et propter aliud mentem Nam
totum quod viuit hominis anima
est Cum autem anima in se agit
et se ex se et per se sola mens
dici solet Sensus autem ad
sua misteria implenda consue-
uit anima dici Spiritum idem esse
quod animam pronunctiat ewangelista Joh.
X. potestatem habeo ponendi animam
et potestatem habeo sumendi eam
de hac quoque ipsa anima dominice
passionis tempore memoratus ewangelista
Ita protulit dicens Inclina-
to capite emisit spiritum Quid
est enim emittere spiritum nisi ani-
mam ponere Sed anima dicta est
pro eo quod viuit Spiritus autem
vel pro spirituali natura uel pro eo
quod spirat in corpore Itemque animum
dicimus idem esse quod animam
sed anima vite animus consilij
Vnde dicunt philosophi sine animo et
vitam manere et sine mente

animam durare sicut in amen-
tibus Ad mentem enim videtur
pertinere ut sciat ad animam ut
uelit pueri et in genitricis
utero sine sciencia et voluntate
viuunt Mens autem vocata
est quod emineat in anima uel
quod meminit Quapropter non anima
sed quod excellit in anima mens
vocatur tamquam caput uel oculus
Vnde et ipse homo secundum mentem
ymago dei dicitur Mens
autem in eo dicta est quod emi-
neat in anima Preciosior siqui-
dem vis est anime a qua procedit
intelligentia ¶ Quid sit racio
et de tribus generibus contemplationis

Racio siquidem est. X8
Racio anime motus visum
mentis acuens veraque a falsis
distinguens Redeat ergo ad
se mens totius et colligat
se in se ut sine ymaginibus
corporis seipsam et omnipoten-
tis dei invisibilem naturam conside-
rare valeat Terrenarum fantas-
mata ymaginum et quicquid terre-
num eius cogitationi occurrerit
respuat et talem se intue-
in anima querat et videat
qualis est sine istis Consi-
derat talem qualis est sub
deo super corpus creata Deinde
super se surgat et seipsam
deserat atque quodammodo in ob-
liuione sui veniet et se

conteplom sui creatoris hu[mi]liter et deuote subiciat Cum em cepit mes p pura intelligenciaz semetipam extedere et illam in corporee lucis claritate totam intuere in hijs q in inthimis videt quendaz inte suauitatis sapore trahere et eo intelligencia sua condire et in sapiencia vte intin in hoc metis excessu pax illa que ex supat oem ssim inuenitur z quietudo ut fiat silenciu in celo quasi hora dimidia ita ut coteplois animus nlla altacau cogitacōnu tumltuacōe turbetur Nichil omnino inueniet q vel per desideriu petat uel p fasadiu arguat uel per odium accuset sed inter coteplonis tranquillitate tot[us] colligitur z intromitti[tur] in quendaz affcm mltu inusitate introrsus ac nescio qua dulcedine que si sit semp senti[re]tur pro fco magna felicitas eet Nichil em spualitas nichil agit ymagiacio sed omnis inferior vis aime pro intin induatur officio Purior aute aime ps in illud intime qetis secretu et sume tranquillitatis arcanu felici iocunditate in[e]briatur viuid[us] e sihd sime

[ver]bi z efficax et penetbilior om[n]i gladio ancipite ptinges vsqz ad diuisione aie z spus et ideo nichil in creaturis hac diuisioe mirabilius cernitur vbi id q eent vnu est atqz in diuisum i semetipm scinditur z q simplex in se z sine ptibus costat quasi qdaz ptitione diuiditur Neqz em in hoie vno alia eentia eius spus e atqz alia eius aia sed prsus vna eademqz simplicis nature sba Nō em in hoc gemino vobulo gemina sba intelligitur Sed tm ad distictione potencia gemina vis eiusdem eene vna superior per spm alia inferior per aiaz designatur In hac itaqz diuisione aia z q aiale e in ymo remanet Spus aut z q spuale e ad suma euolat Ab infimis g° diuidit ut ad suma sublimetur ab aia scinditur ut deo vniatur qm qui adheret deo vnus spus e Felix diuisio et mirabilis separacio q corpulentu e z feculentu deorsu remanet et q spuale e z subtile vsqz ad speculacoz diuine gle sublimetur z in eand ymaginem trasformatur pars inferior tepo[rali]ter ad suma pacem z tranquillitatem ps aute superior sublimatur ad glam et iocunditatez licet em mes

huana non sit eiusdem nature cuius e deus ymago tamen illius nature qua nulla melior est ibi querenda et inveniendi est in nobis quam natura nostra nichil habet melius. Secundum prius mens ipsa in se ipsa consideranda e et in ea reperienda e ymago dei. Mens ergo quando cogitatione se conspicit et intelligit et cognoscat quando contemplatione ad deum ascendit ut eum intelligat et diligat ymago dei dicitur e cogitando eterna vir e ut dicit apostolus. Vir non debet uelare caput suum cum sit ymago dei et gloria. i. quanto magis se extendit in id quod eternum est tanto magis transformatur in ymaginem dei et ideo non est cohibenda ut inde se contineat ac temperet. Cum uero ea agit ut cogitat que sunt temporalia mulier appellatur et tunc non est dicitur ymago dei et ipsa debet uelare caput suum ne nimium sit progressio eius ad inferiora ne cum licita agit illicita concupiscat. De multiplici dignitate anime. xij

Quanta dignitas humane conditionis est ostenditur ut non solum iubentis sermone sicut alia sex dierum opera sed consilio sancte trinitatis et opere divine maiestatis creatus sit homo ut exprimeret quod dicioribus honore intelligeret quantum deberet suo conditori quantum mox in conditione dignitatis privilegium prestitit ei conditor ut tanto amplius conditorem diligeret quanto mirabilius se ab eo intelligeret conditum. In quibus anima ymago dei sit vel qualis etc. Nota.

Non et ob hoc solum quod consilio sancte trinitatis sit excellenter a conditore conditus. Sed etiam quod ad ymaginem et ad similitudinem suam creator omnium eum creavit quod nulli alteri de creaturis donavit. Que ymago diligentius interioris hominis nobilitate est considerandi. Primo quod sicut deus unus semper ubique et totus est omnia vivificans et movens et gubernans, sicut apostolus apostolus quod in eo vivimus movemur et sumus sic anima in suo corpore ubique tota viget vivificans id nec est in maioribus suis corporis membris maior nec in minoribus minor sed in minimis tota est et in maximis tota sic infusa est corpori ut neque per membrorum partes partibus sit divisa nam in quolibet loco sui corporis patitur dolet tota. Mirum autem modo eadem vivificatione membris presidens cum ipsa per neque non sit divisa per

corporis tamen agit diuisa Ipsa
quippe est que per oculos videt
audit per aures per nares o-
dorat per os gustat per mem-
bra tangit et tangendo leue ab
aspero discernit et cum non sit
diuersa per sensus operatur diuer-
sa Ex qua re intelligitur quod
ita est anima secundum suum motum
uel modum in suo corpore sicut
deus est in suo mundo Intrinsecus
siquidem et exterius superius
et inferius Regendo super-
iora portando inferiora replen-
do interiora circumdando exteriora
sic est intus ut extra sit sic cir-
cundat ut penetret sic presidet
ut portet Sic portat ut preside-
at Et sicut deus in crescenti-
bus creaturis non crescat nec
decrescentibus decrescat Sic anima
nec in minimis membris minui-
tur nec ab auctis augetur hec est
ymago siue similitudo omnipotentis
dei quam habet anima in se Se-
cundum etiam habet ymaginem sancte
trinitatis Primo in eo quia sicut
deus est viuit et sapit ita
anima secundum suum modum est viuit
et sapit Est quoque et alia
trinitas quia ad ymaginem perfecte
quidem et summe trinitatis que
est in patre et filio et spiritu sancto condita
est licet vnius sit anima nature
tres tamen habet in se vires scilicet
intellectum voluntatem et memoriam

Et idem in eius licet aliis ver-
bis designatur cum dicitur Diliges
dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota anima tua et ex
tota voluntate ex tota memoria
Nam sicut ex patre gignitur fi-
lius et ex patre et filio procedit
spiritus sanctus Ita ex intellectu
gignitur voluntas et tunc ex hiis
duobus procedit memoria Et
facile potest a quolibet sapiente
intelligi neque enim anima per-
fecta potest esse sine hiis
tribus nec horum trium aliquid
sine aliis duobus constat quantum
ad suam beatitudinem et sicut
deus pater deus filius deus
spiritus sanctus et non enim tres dii sed
vnus deus et tres persone
Ita anima intellectus anima
voluntas anima memoria non tamen
tres in vno corpore sed vna
anima et tres vires atque
in hiis tribus diuinam ymaginem
gerit mirabiliter in sua natura
interior homo et ex hiis quasi
excellencioribus anime viribus
iubetur diligere conditorem
et in quantum intelligitur tantum di-
ligatur et in quantum diligitur
tantum diligatur et in quantum diligitur
semper in memoria habeatur Nec
sufficit deo intellectus nisi fi-
at in amore eius volun-
tas ymo neque hec duo suf-
ficiunt nisi memoria addatur

quod semper in memoria intelligentis et diligentis maneat deus ut sicut nullum potest esse momentum quo homo non utatur uel fruatur bonitate dei uel misericordia ita nullum sit momentum quo presentem memoria non habeat illum et ideo michi iuste deum videtur interiorem hominem ymaginem esse dei

**Quomodo facta sit anima ad similitudinem** 11

Hinc vero de similitudine aqua dicitur nam sicud deus creator qui hominem ad ymaginem suam creavit est caritas bonus iustus et paciens mitis et misericors mundus et ceterarum virtutum insignia que de eo leguntur Ita homo creatus est ut caritatem haberet et bonus esset iustus et paciens mitis mundus et misericors quas virtutes quanto quis in seipso habet tanto propinquior est deo et maiorem sui creatoris gerit similitudinem Si vero aliquis quod absit per devia viciorum et diverticula malorum ab hac nobilissima creatoris sui similitudine degeneraverit tunc fiat de eo quod scriptum est homo cum in honore esset non intellexit Quis maior honor potuit esse homini quam quod ad similitudinem sui conditoris conderetur et eisdem virtutum vestimentis ornaretur quibus conditor De quo legitur Dominus regnavit decore indutus est et omnium virtutum splendore et tocius bonitatis decore ornatus uel quod maius potest esse homini dedecus aut infelicior miseria quam in hac similitudine gloria sui conditoris amissa ad informem et irracionabilem brutorum et iumentorum similitudinem dilabatur Quapropter quis diligencius prime condicionis sue excellenciam et reverendam sancte trinitatis ymaginem in seipso agnoscat honoremque divine similitudinis ad quam creatus est nobilitate morum et exercitatione virtutum et dignitate meritorum habere contendat ut cum apparebit qualis sit tunc similis illi appareat qui eum mirabiliter ad similitudinem suam in primo honore condidit mirabiliusque in secundo reformavit

**De conveniencia et dissimilitudine inter deum et animam** 12

Magna conveniencia est inter deum et animam Deus namque est vita spiritus est sapiencia et amor vita est et anima est spiritus in quo spiritu est sapiencia et amor vita dei est vita et anima est similis sed dispar Similis quidem vita est quod se ipsam vivens

q nō tm̄ viuēs sed ecia viui
ficans sicut et ille In hoc
eciaz aīa est dispar quoniaz
ille creator est et illa creatu
ra nisi enī creata ab eo non
eēt et nisi ab eo viuificata
nō viueret viuit aīa natu
rali vita et si spūali vita nō
viuat sed talis vita pocius
est mors qm̄ peccatorꝫ mors
pessima est Anima quid
que sm̄ carnē viuit viuus
mortua est et iō bonū erat
illi nō viuere quā sic viuē
Vita aīa est viuens quidem
nō aliunde q̄ seipā et ob hoc
nō tā viuens quā vita est
inde est q infusa corpi viui
ficat illud ut sit corpus viuēs
vite pticipa nō vita sed viuēs

De coniūctōe aīe ad deū in via et pria 13

Creata est anima a
deo vita a vita sim
plex a simplice imortalis ab
imortali vt nō sit longe a cre
atore suo cui appinquare vi
detur simplicite eēntie et ppetui-
tate het enī et si spūalē nō
viuat imortalē tamē natē
est vt viuat Creata est aīa
magna a magno rcā a rcō
eo magna quo capax eternor
eo rcā quo appetēs supnor
eo bta q̄ vnita deo Anima
nāqz q̄ dei pietas respirat
humilitas sbiat obediēcia
conduat paciēcia pduat deuocō
introducat puritas iūgit ca
ritas vnit habet aīa in se
amorē quo sp pt stare cum
deo aut redire si mota cū suis
affcibus ymo de fabz ab eo
fuit solus amor est ex oībz
aīme sēsibz atqz affcābz in quo
pt aīa eq suo tuē auctori
vel de sili reddere mutuaz
vice et si mi? amat qm̄ mi
nor ē tamē si ex tota se di
ligit nichil deest vbi totū
est Renuncians ergo cunctis
affcōibz alijs tota sola in
cubit amori effūdēs se tota
in amore illius cui tendere
habet redimendo amorē dat
siquid deꝰ ut ametur et cū
amet nichil aliud amat
nec vlt quā amari sciens
ipo amore beatos illos
qui se amant ꝓ amore vero
ad homines uenit in hōies
factus est homo et delicie
illius eē cū filijs hōim inre
vero delicie erunt cū ad deū
venie? et videbim? sicuti ē
atqz siles ei erim? et tunc
manifesta erit visio plena
cognicō vera dilectio et fir
na ~~cognicio~~ coniunctio societas
indiuidua similitudo pfecta
et vita beata in eternū i
volta in ppetuas eternita
tes Erant enī corpus in
tēr se sua vita et sm̄ vera

piet, i. cognitio et amore dei
Quod aut cognitio sit vita ipa
veritas affirmat dicens hec est
vita eterna ut cognoscant te de
um uerum et quem misisti ihm xpm
Amor etiam spiritus est Nam si
cut exterior homo cum ista tem
poralia quinque ptito sensualia officia
i. visu auditu etc. Sic interior
ho in beata vita cum quinque
ineffabilia dei ineffabili a
more afficietur Cum enim deum
suum amabit quandam lucem quan
dam uocem quandam odorem quandam
cibum et quandam amplexum inte
riorem amabit Ibi enim ful
get quod non capit locus ibi so
nat quod non capit tempus ibi olet
quod non spargit flatus ibi sa
pit quod non minuit edacitas
ibi heret quod non diuellit socie
tas ibi siquidem uidetur deus
sine intermissione cognoscitur
sine errore amatur sine of
fensione laudatur sine fatiga
tione. Tertia est ciui
tas dei etc. 37

Nobilis creatura est
anima. Ciuitas na
que dei est de qua tam glo
sa dicta sunt quod ad ymaginem
et similitudinem dei facta est hec
ciuitas merito ierusalem appella
ta est quod ad fruendum visionem
illius summe pacis que facit
uterque unum creata est et Mens
eius paradisus est in qua
dum celestia meditatur qua
si in paradiso voluptatis delectatur
Domus etiam summi patris fami
lias est anima propter unum amorem
Sponsa xpi propter dilectionem Tem
plum spiritus sancti per sanctificationem Ciuitas
regis eterni propter concordi
am ciuilem et quia nulla est ci
uitas absque populo Disponit
in ea conditor noster populum per
gradus. i. sapientes ad con
sulendum milites ad pugnandum
artifices ad ministrandum Ciues
huius ciuitatis sunt natu
rales et ingeniti anime vigo
res tamquam indigene quorum dis
tincti sunt gradus quia alii su
periores alii inferiores alii
medii Superiores sunt quidam
intellectuales spiritus medii ro
les Infimi animales Porro
hec vita est Animalis seu sen
sualis appetit visibilia Ra
tionalis discernit et districtio
nis oculo aspiratur eo In
tellectualis pertrahit ad diuina
Intellectuales ergo spiritus sunt
tamquam anime consiliarii dicen
tes ei deum time et mandata
eius serua propter hoc enim est
omnis homo Rationales sunt enim
tamquam milites qui hostes. i. car
nis concupiscencias impugnant per ar
ma iusticie Animales seu sensua
les spiritus sunt tamquam rustici
et artifices qui corporalibus inde
mentis consistunt et corporalia ali
menta ministrant hanc triplicem vim anime
i. sensuale intellectuale rationalem phi

partes vocantur anime non inte
grales sed virtuales que potencie
eius sunt. Sensualitas ea vis
anime est qua corpus vegetat et
per corporis sensus ista exteriora sentit
et discernit. Qui enim sensus tum ex
teriores quam interiores ad animam re
feruntur utputa ab illa procedentes
vt enim sendat omnes ab anima
habent Ratio est vis anime super corporalia
et infra spiritualia collocata dis
cernit vera a falsis quod est loyce
Virtutes a viciis quod est ethice
et per experimenta rerum investigans
naturas quod est phisice In his
vero tribus tota philosophia consis
tit totam ergo philosophiam ratio compre
hendit. Intellectus seu intel
ligencia ea vis est anime que de
diuinis quantum homini posse
est cognoscit ad celestia ar
chana penetranda Ratio per se
non sufficiat nisi a deo adiuta
fuit qui est finis eius et tunc
bene reget cum ad cognicionem
secretorum dei et que diu in
vestiganda quesiuit peruenit
et intellectus seu intelligencia
nuncupatur Et tamen philosophus
intelligenciam solius dei esse
et ad modum paucorum hominum
Sed horum alterum pro alio sepe
ponitur Memoria etiam consideran
te compatrix est racionis quia sine
ea racio nec ad cognita procedere
nec cognitorum sciat retinere
potest Memoria est vis anime

accepta retinens preterita repu
tans elapsa recolliges humanus
appetitus inter yma et summa
positus Cum plerumque ad utra
que diuisus sibimet sit contrarius
et in quantumque partem totus
transierit nomen eius merito
sortitur si carnis voluptatibus
pascitur carnalis sive animalis
nominatur Si spiritualibus desideri
is delectatur spiritualis nuncupatur
Appetitus siquidem est natu
ralis in animate mouendis siquidem
sensibus attributa. De diffini
cionibus virium anime

Quoniam de viribus
anime sepe mentionem
fecit diffinire dicto eas quibus
de anima dicta uel que dicenda
sunt euidencius intelligi possunt
Sensualitas sensus ymagina
tio tam corporis quam anime dici
possunt Sensualitas corporalis quedam
vis anime est ignea Sensu
alitas sensus est animalitas Sen
sualitas sive animalitas anime
est inferior vis eius que
secum trahens sensualitatem
carnis velut famulam obedi
entem sensus ymagines facit
et eas in archa memorie re
ponit In sensu ausitum est
sensualitas et ymaginis origo
ipa namque vis ignea que
extrinsecus formata sensuum
eadem forma vsque ad intimum
introducta ymago vocatur Sensus

itaqz parit ymag. ymag.
cogitacioz cogitacio medita.
meditacio acuit ingeniū inge
niū roz ro aducit intellcm
Intellectus intellige. intellige.
p cōtemplacōne ipam veritate
admiratur et p caritate in ea
delectatur Sensus est passio
anime in corpe ex qualitatibz ex
accidentibz ymaginacio est
vis anime que figurā corpa
tū rerū absente corpe sine
exteriori sensu p demonstrat Cogi
tacio est ata quelz aie oc
cupacio Meditacio est fre
quens cogitacio modum et
causam et racōne vniuscu
iusqz rei investigans In
geniū est qdz vis aie na
turaliter insita p se valens
Racio est quedam vis anime
que oia discernit et iudicat
sed magis tamen inhiat spi
ritualibz et ymagine dei in
se conservat Intellectus est
rerū vere exnau pcepcio In
telligencia de solis rerum prin
cipiis i. deo pctis ple et incor
poreis sbiis pura claqz co
gitacio est Cōteplacio est p
spicue veritatis iocunda ad
miracio Caritas e concordia
mencium et societas electorum
vita beatorum aiarum et angelorum
qua vet aie nc angli nisi
p caritatem vivunt

De condicione aie

Anima solis et in
tellectualis facta est
ad ymagine et silitudine dei
vt factorem suū p ymaginem
cognoscat per silitudine dili
gat Ex ymagine dei habet
racōem ex similitudine caritate
Caritas vero ex sepa repu
tat cinitate hac racio sentit
et pccata requirit hanc ca
ritas invenit in inveniendo
bta quiescit hanc in pnti
fides loquitur spes vsqz ad
celū comitatur caritas phennit
ter amplexatur Mens itaqz
spualis sive intelligencia solū
pma creatore suum inspici
at deinde creaturā suā videat
et inde arbitrii libertate ad
deū qui condidit oia sed et
cetera referat sic in homine
cinitas appz quā caritas ma
nifestat vt caritate homo sp
heat semp qz conspiciat quez
cinitatis ymago pornat Sed
hō servabit eius silitudinez
civius nāc in se portat ymagi
nem Appeat ergo ymago dei
in intelligencia racionali in me
te spuali in honore liberi ar
bitrii Appeat go silitudo i mo
ribz pro natura in opibz pro
iusticia in virtutibz pro gra
ut moribz natura porne
ret iusticia opribus compleret

vt gracia v̓tutibꝫ cōpleatur
et sic dn̄o semp p̄ntetur ¶
Quod anima in fundendo e
creata :~ 17

Anima totū corpus
hominis tota p̄ter
amat Est siquidē inspirata
a deo homī vita nō de p̄iacē
ti materia sed ab eo de nich
lo facta De ceteris enī anima
tis scriptura dicit Producat
aque ⁊c. Germinet tra h̓
bam virētez aīam vero nō
tra nō aqua p̄duxit sed deus
inspirauit Non tn̄ aīaz viuā
sed spiraclm vite tōle ex dei
ymagine fcm̄ ex dei silitu͡e et

Qd aīa nō est ex sb̄a dei
nec corp aliq̄ alio. 18

Anima nō est pars
dei probat hoc mu
tabilitas q̄ incurrit inutabi
litate deus enī inmutabilis
est hec sepe mutata p̄ cul
pa q̄nq̄ꝫ dampnata p̄ pena
q̄nq̄ꝫ sic missa Nichil et tn̄
nocere posset nisi a deo reces
sisset Recessit autē qm̄ peccau͡it
p̄inde torquetur misera ~~Nichil
et tn̄ nocere posset~~ a deo refu
ga ab yno dissuoca sp̄gitur
ad multa ⁊ pro sua inp̄ancia
fit morbida fit molesta Et a
p̄pter sensus corporei ebata me
moria turbati obetes fiunt
maxidi et stupidi inde taro
patitur languores oriuntur
⁊ mortis violencia p̄guaua

Aīa nō forma ex maīa sed i
sua creatōe formā accipit que
fcā est ad ymaginē ⁊ silitu͡iꝫ
dei a quo si auītitur remanet
in formis q̄ tra q̄ dissimilis
nō tamē ideo efficitur racō
nalis q̄ gestat ymagīez deī
Unde et p̄t reformari sed nc
etiā si tota p̄tō cōcluditur
et pro insipiencia muito cō
patur ideo fit anima pecoris
vel alterius corpis Ipm̄ ei
corpus et nuīt et in fine
semp ē hitura cum quo fcā
est vna p̄sona sed nec ideo
fit corpus cꝫ si penitus de
letur non enī distrahitur
p̄tibus nec loco cōcluditur
nec est mayor in mayoribꝫ
nec mīor in mīoribꝫ p̄tibꝫ
uite ydoneis Spus namq̄ꝫ
est aīa racōnalis q̄mlibet
obruta malis et vbicūq̄ꝫ
est tota est et nec traduat
a p̄re in filiū ne vna anima
sit ambor̄ Sicut inquit
dn̄s anima p̄ris sic aīa filii
mea est nec pars aīe p̄ris
dū genera͡t se transfundit
parcia nāq̄ꝫ seu diuidi au
geri uel minui p̄ sb̄a sua
spus nescit nō enī p̄t esse
mayor sed melior Si enim
particlariter trāsfunderetur
corpeus eē p̄baretur Qꝫ
si vt delirant aliqui semē
aīme cū semine corporis hiret

quando transfundi. Multa quidem et inhonesta et impossibilia possent inde conclamari que de spiritu rationali nec dici debent nec opinari. Interdum est abstinendum retexere et male fusa carnis semina denotare.

Quod anime cottidie noue sunt create per creationem.

Dicimus autem rationales animas per creationem fieri cottidie de nichilo nouas sed per consilium naturam ex institutione diuina non uti ex quo nouas. Quales enim in exordio deus die sexto masculo et femine dedit tales cottidie inspirat singulis noua de nichilo creatione non noua institutione. Pater inquit meus usque modo operatur et ego operor. Operatur usque modo pater et filius operatione siquidem noua institutione non noua. Per illa ages tam ista quiescens. Res corporee post primam sui creationem noue inde creantur. Sed a simul in exordio condite corporali formatione propagantur. Anime autem non simul essentialiter facte sunt sed per naturam consili qua ad ymaginem dei et similitudinem eius fiunt simul facte reputantur et simul edite iudicantur. Non simul edite inde pro essentia simul facte per formam comparantur ad ymaginem et similitudinem dei propagata. Caro de carne generaliter traducitur. Sed spiritus de spiritu minime propagatur.

Quod anima culpam originalis peccati contraxit ex carne.

Certe tenemus quod caro contracta de carne per legem concupiscentie quo cito uiuificatur originalis uinculo culpe premitur eiusque afflictionibus anima que carnem uiuificat agrauatur. Sub hoc pari uinculo paruuli de mundo mergitur qui sine Christi remedio moritur. Sunt ergo originale peccatum non anima sed carne utique contractum animeque refusum. Carni utique ita unitur anima ut cum carne sit una persona. Sic enim actore deo anima et caro unum individuum unus homo est. Unde salua unius cuiusque nature proprietate adscribitur carni quod anime est et anime quod carnis est per unitatem persone non diuersitate nature.

60 Prigitur ibi idem singulis est proprium generis sit amborum proprium quod natura generis per persona. Et inde sit anima originalis culpa obnoxia quod caro contrahit et anime refundit cum qua una est in persona licet diuersa sit in natura. Unde natus paruulus dum uiuit Christi sacramento innouari ne obsit ei dum anime

societas carnis peti qua gra
uatur etiaz de corpore exuta
nisi dum in corpore viuit xpi sa
cramento salutari remedio fuerit
expiata Curant igitur adul
ti curant pro se sepius impen
dant etiaz paruulis sacramenta
fidei suscipiant ipsi fidem cum
sacramentis opera fidei comite
tur ut paruulos in xpo renatos
fides ecclesie tueatur et adultos
cum sacramentis Hijs itaque p
gratiaz fidei renouatis seu reno
uatis tandem complebitur in
resurrectione generali ut
resurgat ipsa caro in gloria
anime sue restituta viua et
eterna felix et beata

Quare deus creat animas
de hijs qui sine baptismo
decedunt 61

Cur deus donat ani
mas illis quos
absque remedio salutari mori
contingit Videns quod diuina
institucio qua res et rerum
nature conduntur nec peccato
tollitur nec violencia impe
ditur Unde est quod lex car
nalis copule neque et in
malis iure suo priuatur
generant adulteri fornicato
res quippiam Naturalis in
institucio nec in talibus deper
it Namque natura put deus
eam instituit quod suum est opera

Natura siquidem est quedam
vis et potencia diuinitus rebus
creandis insita que cuncti
quod rei suum esse tribuit qua
bona quisquis male vtitur
malus esse iudicatur Iuste
enim punitur qui licitis
abutitur Iuste punitur
qui carpere inconcessa conatur
Sic sathanas celum Sic p
rothoplastus perdidit paradisum
abutuntur licitis qui bona
dei maculant vsibus inconcessis
Maculant bona dei hii qui
ardore libidinis exerent o
pera copule carnalis Ex
hijs filij generantur quorum
corpora seruiente creatore for
mantur et deo inspirante spi
raculum vite creantur Spira
culum vite huiusmodi animam intelligo
quam non produxit terra uel aqua
sed deus inspirat quo ipsi
corpori creantur Unde homo
factus est in animam viuentem
memoratur In hijs etiaz
et alijs deus optime agit
prout instituit quod nullius ad
tinuat bona nec impedit
mala bonos siquidem prouehit
sua gratia malos arcet sua
iusticia Nos siquidem sui
dum dei bonis abutimur
rei et nisi pariter inuenimur
Ipse vero dominus qui suorum
malis bene vtitur sicut et

corpori adhereat ipsi corpori
terreno de patris traduce propa-
gato pro institutione sua in-
spirat animam bene utens mo-
lestia prevaricationis nostra que
si esset naturalis creatori
poterat imputari. Sed cre-
ator propterea omni tempore sacramenta
et obedientie bona proposuit exercitata
ut contra peccatum sacramenta sint in
remedium et spiritualium observationes
mandatorum et morum afferant
premia donorum. Unde si qui sub
peccato geniti parvuli obeunt
absque remedio salutari. Pu-
niente iustitia dei qui nichil
debet alicui sed dampnat in
singulis malum quod non fecit
in eis. Si autem parvulos re-
novat sacramentis admirare
misericordiam dei qui sicut nesciunt
culpam cum ex carne nascuntur
Sic nesciunt gratiam qua per
christum renovantur. Non excu-
sat parvulos a culpa quod non
eam nec excludit gratiam ab eis
quod eam nesciunt. Cernens in eis
culpam invenies in eis ex carne
traductam. Cernens in eis gratiam
invenies a deo collatam. Illa de-
bite dampnatur hec indebite pro-
gatur. Illa iudicium predicat
hec misericordiam reputat. In utroque
deus agnoscitur cum misericordia et
iudicium laude perpetua deca-
tatur. Sed ab hiis intuendis

mens mea mens infima quia
peccatis obruta citius ad seipsam
redeat sibimet remedium que-
rat ut quod in adam cecidit in
christo resurgat. ¶ Quod immortalis
sit anima et carne careat. 62

Plura veteres de natura
anime dixisse inven-
iuntur sed non ita ut
non aliquid restare videatur. Ego
autem ex eorum dictis quantum dili-
gentius potui breve illud et
certum colligere atque in unum
redigere studuique memorie
commendare. Ebes namque est
memoria hominis et brevitate
gaudet et in multa si dividitur
fit minor in singulis. Ex corpore et
anima constat homo et quicquid oculis
corporis videtur propter corpus
factum est. Corpus propter animam
anima propter deum. Vita corporis
anima est, vita anime deus. Immorta-
lis est anima et carne caret
neque habet quo cadat ut resur-
rectione egeat. Post ruinam
cuius peccato ceciderat et ideo immor-
te vita mea non potest sed corpus de-
stituit dum discedens illa suam
vim non perdit. Sed quod vivi-
ficaverat hoc dimittit quantum
in se est, tamen morte alterius
facit ipsa mortem non recipit
facit namque non vivificando quod
deserit non amittendo quod vivit.
Itaque mors hominis mortalis

quaz carnis occasus aqua
cum vis potencie viuificatr
abscessit in terraz de qua sup
ta est redit amissis sensibz qs
no per sapam hauit Anima
autem non alio quaz sol lu
cem dei vita tribuit carni
cui veniit morte efficat cum
recedit mors tn no cosumit
iuncta sed diuidit du origini
sue vtraqz reddit Et ne qs
putet aiam corpis morte co
sumi audiat q dns in ewo
drat N. Nolite inqt time eos
qui corpus occidunt aiam
aute occidere no pnt z fatiga
tor9 cogitacoibz mentis affi
citur in cor̃e inet dolazibz
corporis Cor9 ex quatuor
elemetis costat Anima nec
elemetu est nec ex elemetis
sed de nichilo est creata et
soli suo creatori cognita Ex
hijs g° omnibz que in se hoc
est in cor̃e suo visibilia videt
nichil se esse uel posse esse
videt Decernat g° et diuidi
cet se p se ab eo toto q visi
bile videt in se z inuisibilez
omo se ee videt in eo q vi
det se deum videre se non
posse videt deinde eleuet se
sup se et in eo qui pmu et
pncipale speculum est spe
culandi dei illius qs ymma
gini ac similitudi primiz
et cognu magis fcam inuisibilz
deum cospiciat Hec aute ipa
est ro et mens rone vtens
que ad pmaz silitudine dei fa
cta est vt p se inuenire possit
eu a quo facta est z in eius
aore atqz contẽploe dulciter
requiescat Ea naqz pfectius
suu auctore manifestans que
illius silitudini vicinius ppin
quat hoc est aute ipa anima
racoalis creatura que excel
lent z ppe ad illius silitudine
facta est z tuc cicius creator
sui quem no videt agnoscit
et diligit cu se ad ipius sili
tudinez fcam intelligit ¶

Quare deus creauit spus
racionales .63. 63

Deus opc cuius be
atitudo nec augeri
pt Omnia pfecta est nec mi
nui qz etna est sola caritate
nlla sui nãte volens spus cre
auit ut eos sume beatitudis
pticipes faceret Alios uero
in sua puritate in celo con
fimauit Alios aute pter su
pbiam in infrnu pcipitauit
atqz alios ad pbandaz hu
litate et obediencia in crea
citatcoe tremis corpibz socia
uit ut ad uite ppim lucram
inaz vegetarent Sunt naqz
in natura sua quadaz mu
tabilitate scdm quaz viuifi
cand corpibz appinquant
In quatquid non michil sue

prauitatis deponunt. Lu enim delectatione corporis afficiuntur quasi quandam corpulenciam trahunt inde que prauitatem eorum naturam corrumpit. Et hoc vicium quanto alcius eis in corporibus manentibus inheserit tanto difficilius eos a corporibus discedentes deserit quoniam non tollitur passio eciam cum tollatur eciam passionis nisi ab huius feculencia se in hac vita mundare studuerit. Nos ergo qui in medio bonorum et malorum positi sumus considerare sepe debemus et gaudium istorum et illorum supplicium atque ipsam miseriam. Racionalis siquidem est creatura ut sciat discernere inter bonum et malum. Est eciam concupiscibilis et irascibilis ut possit amare bonum et odire malum. De concupiscibilitate nascitur amor et de amore desiderium et gaudium. Amor est delectatio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid per desiderium currens ad gaudium requiescens per desiderium in appetendo et per gaudium in perfruendo. Nec aliunde bonum est si bonum est cor humanum nisi quod bene amat quod bonum. Nec aliunde malum est nisi quod male amat quod bonum est. Omne enim quod est bonum est sed in eo quod male amatur tamen vicium est. De irascibilitate oritur ira. Ira enim odium generat et de odio dolor et timor. Cum hac vi contra peccata nostra irascimur et ea odire incipimus dolemus quod peccauimus et penam pro peccatis nostris metuimus.

## ¶ De excellencia naturali creature et de condicione diuersa. lx.

Si creator omnium deus inter cetera et super cetera que creauit racionale dignatus est illustrare naturam quam sua similitudine fecit insignem et sue beatitudinis voluit esse participem. Licet tamen creature racionalis licet similis videatur origo confecta est diuersa condicio dum pars eius est in eterna felicitate firmata et pars trudentibus inferni detracta et in tartarea tradita et in diem cruciandam seruatur. Pars eciam terrenis vnita corporibus locum medium sortita cognoscitur et prius quidem eadem media erat summis vicinior in delicijs erat posita paradisi nec ante propinquorum infimis per reatum inobediencie humiliata est in loco afflictionis. Sumus ergo omnium locus horum plenam habet leticiam infimus solacium mesticiam. Ubi enim plena est felicitas illic sola et summa est infra in medio sane summa speranda et nichilominus infima timenda

de et ideo iam nobis ampli
or timoris causa quam spei quo
vicinores eisdem infimis
in ipsa derecti degimus um
bra mortis. Cum autem et illius
beatitudinis et illius nichilominus
dampnationis eterne etiam humanum
genus pro suorum qualitate meri
torum participem posse fieri cogno
vit. Naturales ei affectus qua
tuor indidit ut haberet unde illa
bona optaret et in eis posset
quandoque letari et haberet unde
et mala illa metueret vel in eis
esse dolore perpetuo contristari.
Interim sane eo gravior est
moderna conditio quod non modo
exhibet tristicia et non molestiam.
Sed et timor habet penam et
spes ipsa que differtur affligit
animam. Piissimus ergo pater
et terribilis iudex quod non illa et
perpetua gaudia filiis dolores
eque perpetuos reis in fine
paravit. Nonnulla tamen nos
etiam in presenti experimenta cape
re voluit gaudii vel doloris. Ut
non modo illa certius credi sed
affectuosius quoque optari vale
ant et timeri. Ceterum nec pre
sentia gaudia in illorum comparatione
sunt gaudia neque tristicia presens
in illius comparatione tristicia
est, neque desipet si quis interim
omnem operam dare maluerit
quemadmodum potius illa concu
piscere valeat gaudia illorumque
formidare dolores quam huius

vite utilitatem molestias capta
reque leticiam. Verum tamen inveniri
est et in presenti unde valeat gau
deat quis vel salubriter contri
stetur. Et letetur de beneficiis
suis gratias agens deo et in de
votione eius exultet et proprias
etiam seu proximorum debita de
ploret. Unde etiam divina dis
positione media inter eosdem
affectus constituta est ratio in
corde hominis per quam minime
discerni et iudicari possit
unde gaudeat vel doleat et
primo quid cupiat vel quid ti
meat. Hanc qui triplicem
vim anime esse docuerit Rationale
irascibilem concupiscibilem asseren
tes affectus siquidem diversos
quadam sibi cognatione iunctos
sub irascibili metum et tristiciam
Sub concupiscibili desiderium
et leticiam comprehendisse videntur.
Interim igitur inter affectus
varios humana fluctuans anima
nata est ut certa demum vel in
infimis vel in summis accipi
ens statum in solo deinceps
vel gaudio vel dolore persistat.
Deus enim est in summo et mun
dus in imo. Ille in eodem
statu eternitatis consistit
iste semper cursu sue mutabili
tatis instabilis fuit. Humanus
autem animus quasi in quodam
medio collocatus quadam con
ditionis sue excellentia
hinc mutabile que deorsum

est supeminet et ad illam que
est apud deum vera inmutabili
tate non pertingit Si uero in
hijs que deorsum transeunt
se per cupiditatem inmerserit sta
tim per infinitas distractiones
rapietur et a semetipso quo
dammodo diuisus dissipabitur
Si vero ab hac infinita dis
sipacione que deorsum est ere
xerit se et infima deserens
atque paulatim se in unum
colliges secum esse didicit
Tanto amplius in unum col
ligetur quanto magis cogitatione
et desiderio sursum elevabitur
donec tandem omnino inmuta
bilis fiat et ad illam veram
et unicam que est apud deum
inmutabilitatem perveniat ubi
perpetue sine omnis mutabi
litatis vicissitudine requies
cat in pace. Elisio errorum
quorundam circa ordinacionem anime

67 Credimus (67.
animas ab inicio non
esse neque cum angelis
simul creatas sicut origenes
fingit nec cum corporibus per coi
tum seminantur sicut lucifer
ferianus et cyrillus et aliqui
creasti me iam sum / si me
nō regis iā nō sum / non
mea merita nō mea grā
te cogerūt ut creares me
sed benignissima clemencia
et bonitas tua. Illa cari-
tas dn̄e deus meus que
te cogit ad creacōz / ipsa
ergo nūc te cogat ad regē-
dū. Quid enim prodest q͛
contulit caritas tua si peaz
in malicia mea ⁊ nō me
regat dextera tua. Domine
deus hec te clemēcia cogat
ad saluādū q͛ creatū est
que te compulit creare qđ
nō creatū est / ipā te vincat
caritas ad saluādū que
te vicit ad creandū. Quia
nec nūc minor est quā tūc
q͛ ipā caritas tu ipse es q͛
semp idem es. Non est a-
breuiata mā͛ tua ut sal-
uare negat / nec aggrauata
est auris tua ut nō audi-
at sed pc̄ā mea diuiserūt
inter me et te int͛ tenebs
et lucem / inter ymaginez
mortis ⁊ vitā / inter vani-
tatē et veritatē / inter lu-
naticā hanc vitā meā et
sempiternā vitā tuā. De
laqueis concupiscētiarū tuarū
⁊ iniuriis. Caplm .ii.

Hec sunt umbre q͛-
bus operior in hac
abysso caliginosa
carceris huius in qua pro-
stratus iaceo donec pira-
seat dies ⁊ incliņatur um-
bre / fiatq͛ᵹ nox in firmaᵗᵒ
virtutis tue vox dn̄i in vir-
te vox dn̄i in magnifi-
cencia / dicatq͛ᵹ fiat lux et
fugiet umbre ⁊ appareat
arida germinetq͛ᵹ terra
herba virētē et facientē
semen ⁊ fructū bonū iusti-
tie regni dei. Dn̄e pr̄ deus vi-
ta per quā oīa viuūt sine
quo omnia mortua cōputāt
ne derelinquas me in co-
gitatu maligno / extollēciā
oculor̄ meor̄ ne dederis
michi / aufer a me concupi-
scēcias malas et aīo irre-
uenti et infrunito ne tra-
das me / sed possideat cor me-
um ut te cogitet semper.
Illumina oclos meos ut te
videat et nō extollētur

ante te gloria sempiterna
sed humiliter sentiat non in
mirabilibus super se et qui
ad dextris sunt videant
non que a sinistris abs te
et palpebre mee pandant
gressus meos quia palpebre
tue interrogant filios hominum
Vlat concupiscenciam meam dul-
cedo tua quam abscondisti
timentibus te ut concupiscam
concupiscere te concupiscibilis semper
me ne vanis illectus acce-
ptus interior gustus po-
nat amarum dulce et dul-
ce amarum ne tenebras lucem
et lucem tenebras existimet
Positus enim sum in medi-
o tot decipularum positarum
ab inimico super faciem
vie huius ad capiendas
animas peccatorum quibus mundus
totus plenus est ut is qui
sub silencio non transiunt in-
quiens apte quidquid est in mun-
do aut est concupiscencia carnis
aut concupiscencia oculorum aut
superbia vite Ecce domine deus
meus mundus totus plenus
est concupiscenciarum laqueis quos
paraverunt pedibus meis et
quis fugiet hos laqueos
Effecto a quo tu abstuleris
concupiscenciam oculorum suorum ut
non eum capiat extollen-
cia oculorum et a quo tu ab-
stuleris animam irreverentem
et infrunitam ut eum callide
non decipiat superbia vite
O quam felix erit hic fac-
quippe transibit immunis
Hinc te deprecor per te
adiuva me ne corruam in
conspectu adversariorum me-
orum captus in laqueo eorum
quos paraverunt pedibus meis
ut incurvarent animam meam
Sed erue me virtus salutis
mee ne sibi risu exhibeat
de me inimici tui qui ode-
runt te Exurge domine deus
meus fortis meus et dis-
sipentur inimici tui et fu-
giant qui oderunt te a fa-
cie tua et ego abscondar
in abscondito faciei tue
cum filiis tuis et tu deus pa-
ter orphanorum et mater pupillo-
rum tuorum audi eiulatum fili-
orum tuorum et extende alas tu-
as ut fugiam sub eas a fa-
cie inimici Turris fortitu-
dinis israhel qui non dormi-
tas neque dormis custodi-
ens israhel quia non dormi-
tat neque dormit hostis
qui semper impugnat israhel

De miseria hominis et
beneficiis dei Capitulum 12

Lux quam non videt
alia lux lumen quod
videt aliud lumen lux que
obtenebrat omnem lucem
lumen quod excecat om-

extrinsecū lumen a quo oīs
lux est tenebrosa lux supre
ma quā cecitas nō obnubi
lat quā caligo non ebetat
quā tenebre non obfuscant
quā nulla obstācia claudit
quā nusquā sepat aliqua
vmbra lux que illuīas oīa
siml' et semper absorbe me
in diuinitatis abissum vt
videā vndiqꝫ te et me in
te ꝛ cūcta eciā sub te Ne
derelinquas me ne forte ac
crescāt vmbre ignorancie me
e et multiplicentur delicta me
a sine te eīn in oīa sūt te
nebre et omnia mala quia
nichil bonū sine te vō et
summo bono Hec confiteor
et scio dn̄e deus meus qꝛ
vbicūqꝫ sum sine te male
est michi p̄ter te non so
lū extra me sed eciā in me
qꝛ oīmis copia q̄ nō est deus
meus michi egestas est
sed saciabar cū apparuerit
glā tua Ergo dn̄e pietā me
ā confiteor tibi miseriā me
am Ex quo a bonitate tua
summa et vnā bonū ī plura
litatē multiformitas lapsa
meū p carnales sensus dispsta
cauit ꝛ ab vno in multa
diuisit ꝛ ita est mendicā
laboriosa et egestas copio
sa dum ꝛ aliud sequebar
et a nllo īplebar dū te nō

amplectabar incommuta
bilem singlare et indiui
sum quē secutus nō erro
quē secutus nō doleo quē
possidens saciabor ꝛ saciat
totū desideriū meū Heu
dn̄e misera aīa te refugit
cū quo lūdat et gaudet
et sequitur mūdū cum quo
semper eget et dolꝫ modꝰ
clamat deficio tu clamas ꝛ
reficias et misera me nata
magis sequitur deficientē quā
reficientē Plane infirmi
tas mea hec est medicine
spirituū sana illā ut confi
tea tibi salus anime mee
toto cord' meo sup omībꝫ
bn̄ficiis tuis quibꝫ pascis
me a iuuentute mea et
vsqꝫ in senectā ꝛ seniu
te deprecor per te ipm̄ ne
derelinquas me Fecisti me
cū nō essem redemisti me
cū perissem pecātā mortuꝰ
fueram ad mortuū descendis
ti mortalitatē suscepisti
Ad seruū rex descendisti
vt seruū redimeres temp
su tradidisti vt ego viue
rē tu mortē suscepisti
mortē vicisti et me re
staurasti cū te humiliasti
perierā et abierā in pccis
venundatus fuerā venisti
pro me ut redimeres me
et tm̄ dilexisti me ut pro
su sanguinē tuū dares p me

dilexisti me plus quam te
quia mori voluisti pro me
tali pacto tam caro precio
reduxisti me de exilio re
demisti me de supplicio
Vocasti me nomine tuo si
gnasti me sanguine tuo ut me
moriale tuum semper esset
apud me et nunquam rece
deret a corde meo quod pro
me non recessit a cruce
Unxisti me oleo tuo quo
tu unctus fuisti ut a te
christo dicerer christianus et
etiam in manibus tuis descri
psisti me ut memoria mea
semper maneat apud te
si eque tua memoria iugi
ter fuerit apud me sic et
gratia et misericordia tua semper
preveniunt me De multis
namque periculis meis liberasti
me liberator meus
quando erravi ad viam redux
isti me quando peccavi corri
puisti me quando fui tristis
consolatus es me quando de
speravi confortasti me quando
cecidi erexisti me quando
steti tenuisti me quando ivi
duxisti quando veni suscepis
ti me quando dormivi custo
divisti me quando clamavi
exaudisti me. Quod deus
perpetua inspectione conside
rat opera et intenciones
hominum Capitulum 13.

Hec et multa alia be
neficia largitus es
michi domine deus meus vita
anime mee de quibus dulce
esset michi semper loqui semper
cogitare semper et semper gracias
agere ut possim te pro omni
bus bonis tuis laudare
et amare toto corde et to
ta anima mea tota mente et to
ta fortitudine mea similiter ex omni
bus medullis intimis cordis
mei dum compagum mearum.
Ita dulcedo deus meus
omnium qui delectantur in te
sed imperfectum meum viderunt
oculi tui in quia lucidiores
super solem et circumspicien
tes omnes vias hominum profun
dum abyssi qui in omni loco
semper contemplaris bonos
et malos cunctis cunctibus
presides singula imples totus
semper ubique presens curam
tuam habens que creasti
quia nichil odisti eorum que
fecisti sic gressus semi
tasque consideras ac die
nocteque semper super custodi
am meam vigilas omnes
semitas meas diligenter
notas speculator perpetuus
veluti sis tocius creature
celi et terre oblitus tam
me solum consideres et nichil
sit tibi cure de aliis. Quod

qz tue / si tm vna inspiciat
nec tm mittit si inua vide
at et diuisa qz sicut vnu
totu simul et pfcte conside
ras sic singla queqz licet
diuisa pfecte simul totaqz
to 9 conspicat visus tuus
sed sic oia sicut vnu sic
vnu sicut singla, totus sil
sine diuisioe comutacoe et l'
diminucoe c̄sideras / itaqz tu
totus toto tpe Sine tpe totum
me simul sempqz c̄sideras
ac si michil considerare ha
as Sic igitur sup custodia
mea stas q. oim oblitus sis
et michi intende velis Sp
quippe te pnte exhibes sp
te patu offers / si me patu
inuenieris Quocuqz iero
tu dne no me deseris nisi
prior ego te deseram vbicuqz
fuero no recedis qm vbiqz
es / et vbicuqz iero inueni
am te p q possum ee ne
peam / sine te ee no possu
Fateor equidem qcqd facio
qncuqz facio ante te facio
et vides melius qua ego q
facio Quidquid eni semp
opeor tu semp pns assist
vtpote pcipuus inspector
oim cogitaconu intencionu
delectaconu opaconu oim
mearu / Dne ante te est
semper ome desideriu me
um ante te tota cogitatio

mea / tu vides ante te ue
unde ueniat sps vbi sit a
quo vadat qz tu es oim
spirituu ponderator Et ut
iudex dulcis sit an ama
ru de foris pulchra filia
emittat tu intus vides
melius et nosti medullas
radicu et subtilius pscru
taris qz no solu intencoes
sed radices eius medullaz
intima / distinctissima tue
lucis virtute colligis / intu
eris et signas ut reddas
vnicuiqz no tm sm inte
cone vel opacone sed et
s. ipam interiore radicis
medulla abscondita de
qua pcedit intencio opaci
onis Quid quid teneo dum
opeor qcquid cogito et in
quocuqz delector tu vi
des / aures tue audiunt
oculi tui considerant / singulis
attendis / notas et scribis
in libro siue bonu fuerit
siue malu ut reddas pos
tea pro bonis pmia et
malis supplicia / cum aper
ientur libri et iudicabitur
sm hec que scripta sunt
in eis O qm terribile hoc
qua forte est qz dixisti
nob vitas antiquas / con
siderabo nouissima eorum
et qd de te dicitur / vnius
cuiusque finem ipse considerat

Etenim tu quidem in om-
nibus que agimus fine intencio-
nis magis quam actum opera-
cionis intendis. Cumque dilige-
nter considero domine deus me-
us terribilis et fortis cum
timore pariter et ingenti
rubore confundor, quam magna
est nobis indicta necessitas recte
vivendi qui cuncta facimus
ante oculos iudicis cunc-
ta cernentis. Quod homo
est nichil. Cap. ix.

Fortissime magne
et potens deus spi-
rituum universe carnis cuius
oculi super omnes vias
filiorum adam a die nativitatis
eorum usque ad diem exitus
eorum ut reddas unicuique
secundum opera sua bona vel
mala. Dic mihi et confi-
tear tibi paupertatem meam
quia dixi quod dives essem
et nullius egerem et nesci-
ebam quod eram pauper
cecus nudus miser et mi-
serabilis. Credebam me fo-
re aliquid cum nichil essem.
Dixi sapiens efficiar et
stultus factus sum, cogita-
bam esse [illegible] sed dece-
ptus sum et video nunc quia
donum tuum ego sum quo
nichil possum facere. Et
nisi tu domine custodieris
civitatem frustra vigi-
lat qui custodit eam. Hoc do-
cuisti ut cognoscerem, quia
tu probasti me non propter te
quod non cognosceres sed propter
me ut cognoscerem te. Ita
ut dixi domine credebam me
aliquid fore ex me, estima- epis
bam me sufficere pro me,
nec percipiebam quod tu rege-
bas me donec aliquantu-
lum elongasti te a me et
cecidi statim in me et vidi
et cognovi quod tu regebas
me, et quod cecidi fuit ex me,
apperuisti enim oculos meos et
illuminasti me et vidi quoniam
temptacio est vita hominis
super terram et non glorifica-
ri valeat coram te omnis caro
nec iustificabitur omnis vivens,
quia siquid boni est parvum
vel magnum donum tuum est,
et meum nichil est nisi ma-
lum. Unde ergo gloriabitur omnis
caro, nunquid de malo? hec
non est gloria sed miseria.
Sed nunquid gloriabitur de bono,
nunquid de alieno? tuum domine
est bonum tua et gloria. Qui
enim de bono tuo gloriam sibi
querit et non tibi ille fur
est et latro et similis dyabolo
qui furari voluit gloriam
tuam. Qui laudari vult de
tuo bono et non querit in il-
lo gloriam tuam sed suam hic
licet propter tuum donum laudetur

ab hominibus a te cum vitu-
pabitur quia de tuo bono non
tuam sed suam laudem que-
siuit/ qui autem laudatur ab ho-
minibus vituperante te non
defendetur ab hominibus iudi-
cante te/ nec liberabitur con-
dempnante te Tu domine forma-
tor meus ex vtero matris
mee/ non me desinas cadere
in illam exprobratorem ut
exprobretur michi furari
voluisse gloriam tuam tibi scilicet
gloria cuius est omne bonum
nostro autem confusio faciei et
miseria cuius est omne malum
nisi tu volueris misereri Mi-
sereris quippe domine miseri-
cordiam quam fecisti et nichil eo-
rum odisti que creasti qui das
nobis de bonis tuis et ditas
inopes de optimis tuis/
quia diligis pauperes et di-
tes eos facis diuiciis tuis
Ecce nunc domine pauperes
nos filii tui sumus et pu-
sillus grex aperi nobis
ianuas tuas et edent pau-
peres et saturabuntur et lau-
dabunt te qui requirunt te
Scio autem et confiteor doce-
te te quia soli illi qui se di-
uites existiment ideo sunt
pauperes a tuis diuiciis inue-
niuntur exclusi. Et ego igitur
confiteor tibi paupertatem
meam et sit tibi gloria tua

quia tuum est omne bonum quod
in me vidi tibi domine fateor
ut docuisti me/ quia nichil
aliud sum quam vniuersa va-
nitas et vmbra mortis et
abissus quedam tenebrosa
et terra inanis et vacua
que sine tua benedictione nil
germinat fructusque non facit
nisi confusionem peccatum et mor-
tem Ergo quicquid boni habui
a te recepi/ quicquid boni habeo
a te habeo/ si quando steti per te
steti/ sed quando cecidi per me
cecidi Semper in luto iacuis-
sem nisi tu me illuminasses ce
Nunquam surrexissem nisi ma-
num tuam in porrexisses se-
pius perissem nisi me gu-
bernasses Domine semper tua
gratia et misericordia preuenit me
quia tu consolatus me liberas
a malis saluas a preteritis
suscitas a presentibus muni-
ens a futuris precidens eos
qui me laqueos peccati tol-
lens occasiones peccandi et
nisi mihi hoc tu fecisses ego omnia
peccata mundi fecissem quia scio
domine quod nullum peccatum est quod vn-
quam fecit homo quod non possit
facere alter homo si desit re-
ctor a quo factus est homo
sed quod non feci tu fecisti quod
abstinere tu iussisti et quod
credere omnem gratiam in-
fudisti Tu namque domine

tegebas tibi seruabas me
et in ut adulterium et omne
mortale peccatum non committerem

De temptacionibus dyaboli 17

Temptator defuit
tu fecisti quod deesset
affuit temptator
non defuit tempus nec defuit
locus sed ut non consentirem
tu fecisti Venit tenebro
sus ut est ut eum deciperet
tu me confortasti venit tem
ptator fortis armatus ut
me non vinceret tu eum refre
nasti et me roborasti ve
nit temptator transfiguratus
in angelum lucis et ut me
non deciperet tu eum increpasti
et ut eum cognoscerem tu me
illuminasti Ipse est enim dra
draco ille magnus serpens
antiquus vocatus dyabolus
et sathanas habens capita
septem et cornua decem quem
creasti ad illudendum huic
mari magno et spacioso in
quo sunt reptilia quorum
non est numerus et animalia pusil
la cum magnis i. diuersa de
moiorum genera qui nichil
aliud die noctuque operantur
nisi quia circuit querens quem deuo
ret querentes nisi tu eri
pias Ipse est ille draco
antiquus qui creatus est in pa
radiso voluptatis qui trahit
caudam terciam partem stellarum

celi et mittit eos in terram
qui veneno suo corrupit a
quas terre ut bibentes homines
moriantur quia fecit sicut lutum
quasi aurum et habet fiduciam
quod influat Iordanis in
os eius Et quis defendet
nos a morsibus eius nisi tu
domine qui confregisti capita
draconis magni Extende
domine super nos alas tuas
et confugiamus sub eis a facie
serpentis huius qui nos per
sequitur et scuto tuo libera nos
a cornibus eorum eius Hoc
est enim continuum studium suum
ut animas deuoret quas tu
creasti et ideo ad te clamamus
libera nos ab aduersario no
stro cotidiano quia siue dormimus
siue vigilemus siue comedimus siue
quodcumque opus operemur in
stat modis omnibus die ac
nocte fraudibus et artibus
nunc palam nunc occulte
sagittas venenatas contra
nos dirigens ut interficiat
animas nostras Et tu domine nos
ti quod pessima sit insania mea
quia licet continue videamus
contra nos draconem ore ap
erto paratum ad deuorandum nos
lassi sumus in pigriciis nostris
tamquam securi ante eum qui
nichil desiderat quam ut
nos teneat animus ut oc
cidat semper vigilat sic sopor

et nos ut custodiam noluit
vigilare a sompno. Ecce te-
tendit ante nos infinitos la-
queos et omnes vias meas
impleuit decipulis ad capi-
endas animas meas et quis
effugiet hos laqueos. Po-
suit enim laqueos in diuici-
is laqueos in paupertate laq-
ueos tetendit in cibo et potu
in voluptate in sompnis et vi-
giliis laqueos in verbo et
opere et in omni via mea.
Sed tu domine libera nos
de laqueo venancium et a ver-
bo aspero ut confiteamur
tibi dicentes benedictus deus
qui non dedit nos in cap-
cionem dentibus eorum. Anima
nostra sicut passer erepta
est de laqueo venancium la-
queus contritus est et nos libe-
rati sumus. Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit
celum et terram. Capitulum
deus est lux iustorum. Ib.
Tu quidem domine lux
mea reuela oculos
meos ut videam
lumen et ambulem in luce
tua et non impingam in la-
queis eius. Cuius enim exten-
dit laqueos multos nisi vi-
deat eos et quis videbit
eos nisi quod tu illuminaberis
lumine tuo. Ipse enim princeps te-
nebrarum laqueos suos ab-
scondit in tenebris suis

qui sunt filii tenebrarum non
videntes lucem tuam in quo
qui ambulat non videbit qui
enim ambulat in die non offen-
dit se qui autem offendit se in
nocte ambulat et lux in
eo non est. Ipse deus tu lux
filiorum lucis qui nescis quan-
tum sit quia qui ambulant
in tenebris sunt quia te lucem
mundi non habent. Ecce cottidie
enim quia quanto magis a te
vero lumine se quis elongat
tanto magis involuitur te-
nebris peccatorum et quo magis
est in tenebris eo minus vi-
det laqueos in via et ideo
minus cognoscit, ideo sepius
capitur et cadit in eis et
quod horribilius est se etiam ce-
cidisse ignorat. Qui vero
sui casum ignorat eo minus
curat surgere quanto se ex-
istimat adhuc stare. Tu autem
lux mentis domine deus meus
illumina oculos meos ut vi-
deam et cognoscam ne cur-
ram in spem aduersario-
rum meorum scilicet in odium
nominis laborat inimicus
noster quem petimus ut facias
liquescere a facie tua sicut
cera liquescit a facie ignis
quem tu domine scis pessimus
primus et ultimus qui con-
silium fecit ut raperet gloriam
tuam qui inflatus et ela-
tus crepuit medius et

cecidit in foveam suam et eieci eum de monte sancto tuo et de medio lapidum ignitorum in quorum medio ambulat. Et nunc vita deus meus ex quo cecidit non cessat persequi filios tuos et in odium tuum o rex magne cupit perdere hanc creaturam tuam quam creavit omnipotens bonitas tua ad ymaginem tuam ut possideat gloriam quam ipse perdidit per superbiam suam. Redde ergo eum forte nunc an nos agnos tuos illumina ut videamus laqueos quos ipse parat et evadere ad te leticia israhel et hec omnia tu domine melius nosti qui nosti contentionem eius et duriciam durissimam. Nec hoc dico ut ostendam tibi qui omnia vides et nulla te latet cogitacio sed ante pedes tue maiestatis querimoniam de inimico meo facio iudex eterne ut ipsum dampnes et nos filios tuos salves quorum fortitudo tu es. Astutus est domine iste hostis et tortuosus nec facile deprehendi potest tortuositas eius nisi tu illumines quia nunc hic nunc illic nunc agnum nunc lupum nunc tenebras nunc lucem se pre

ostendit et singulis quibuscumque qualitatibus locis et temporibus in varias rerum mutationes et varias exhibet temptationes. Nam ut tristes decipiat tristatur et ipse ut gaudentibus illudat fingit se gaudere ut spirituales defraudet in angelum lucis se transfigurat ut fortes comprimat apparet ut agnus ut mites devoret apparet ut lupus. Et quid omnia secundum similitudinem variarum temptationum officia habet sed alios a timore nocturno alios a sagitta volante in die alios a negocio perambulante in tenebris alios ab incursu et demonio meridiano. Et ad hoc que proveniens ut cognoscat que revelabit speciem indumenti eius et gyrum dentium eius quis cognoscat sic abscondit sagittas suas in pharetra et laqueos abscondit sub specie lucis qui facilius cognoscetur nisi a te lumen assumat ut illos videamus. Ita non solum in carnis operibus que de facili cognoscuntur verum et in ipsis spiritualibus exerciciis laqueos abscondit subtiles sub virtute colore per vicia induit et se transfigurat seu transmutat in angelum lucis hec et multa alia mala. Custodi nos filios

belial Iste sathan domine deus
meus et nunc ut draco nunc ut
leo manifeste et occulte insidi
atur ut rapiat animas nostras
Eripe nos domine qui salues
sperantes in te Et ut ipse
doleat de nobis et tu lauda
ris in nobis deus meus.

De beneficijs dei magnis
et multis Capitulum ia

Ego autem filius ancille tu
e que me recommendauit ma
nui tue miserere paupertatis
confessionibus meis Confiteor
tibi liberator meus in toto cor
de meo et recolam ad mentem
meam bona omnia que feci
sti michi a iuuentute mea
Scio namque quod ingratitudo dis
pliceat tibi que radix est totius
mali spiritualis et ventus
quidem desiccans et vrens
omne bonum obstruens fontem
diuine misericordie per ipsam enim mala
iam mortua oriuntur et vi
ua opera moriuntur nec vlte
rius adipiscuntur Et ego tibi deo
gratias ago ne sim ingratus
liberator meus qui liberasti
me quociens me absorbuerat
ille draco et tu ab ore eius
extraxisti me quociens parata
in tractu ipse paratus fuit
deglutire me sed tu defen
disti me Cum contra te iniquitatem
agebam stabat paratus ipse
vt raperet animam meam ad in

fernum et tu prohibebas
Ego te non timebam
et tu me custodiebas a
te recedebam et me inimico
meo exhibebam tu ipsum ne
me acciperet detrahebas
Hec michi tu domine bene
ficia conferebas et ego non
cognoscebam sic me multotiens
a faucibus draconis liberasti
de ore leonis eripuisti et ab
inferno licet me nesciente
multis vicibus protexisti Des
cendi enim vsque ad portas
inferni et ne illuc intrarem
tu me tenuisti appropinqua
ui ad portas et ne ipse
me reciperent tu fecisti De
morte etiam corporis mei
sepius eripuisti saluator
meus Cum graues me
morbi tenerent cum in pericu
lis multis per mare per terram
ab igne a gladio ab omni
periculo liberans semper michi
astabas et misericorditer sal
uabas Sciebas quidem domine
quod si tunc mors me occupas
set animam meam infernus sus
cepisset et perpetue dampnatus
fuissem sed tua misericordia et
gratia me preuenit eripiens
me de morte corporis et
anime domine deus meus Hec
et multa alia beneficia michi
exhibuisti et ego eram
cecus non cognoscens deus.

illuminasti me. Nunc igitur lux
anime mee domine deus vita mea
et lumen oculorum meorum per
quod video. En illuminasti me
et cognovi te quia vivo per
te. Gratias tibi ago licet viles
et exiles et impares beneficijs
tuis quales tamen
mea fragilitas habet
offerre quoniam es solus deus
meus creator benignus
qui amas omnes et nichil
odisti eorum que fecisti. En
ego primus inter peccatores
quos saluasti ut alijs
tribuam exemplum benignissime
pietatis tue. Confiteor
beneficia tua magna quoniam
eripuisti me de inferno
semel secundo et tercio centies et
millesies semper enim ad infernum
tendebam tu me semper
reducebas. Cum me iuste
millesies milies dampnare
potuisti cogente tue benignitatis
ineffabilisque pietatis
tue gratia voluisti quia amas
animas et dissimulas peccata propter
penitenciam domine deus iuste misericordie
in omnibus viribus
tuis. Nunc igitur video domine deus
et cognosco per lumen tuum
et ideo deficiat anima mea in
gratia tua magna quoniam eripuisti
animam meam ex inferno
inferiori et me reduxisti
ad vitam. Totum ei erat in morte
totum me resuscitasti. Viuat
igitur sit illud totum quod vivo
et totum me totum tibi offero
totum et totum cor totum
corpus tota anima mea vivet
et vita mea quoniam totum
me liberasti ut totum me
possideres totum me refecisti
ut totum me rehaberes.

Quantum homo tenetur diligere deum. Capitulum 18

Diligam igitur te domine
virtus mea diligam
te ineffabilis exultatio
mea. Viuat iam non michi
sed tibi tota vita mea que
perierat in miseria mea
et resuscitata est a gratia tua
quoniam miserator es et multe
gratie tue qui diligunt nomen
tuum. Precepto domine sanctificatus
iussisti me per legem tuam
ut diligam toto corde tota
anima et tota fortitudine mea
et ex omnibus viribus meis
et ex intimis medullis
cordis mei omnibus horis
et momentis quibus fruor
bonis gratie tue quoniam sepe
peccare sepe visitatus
omni momento me obligas
dum omni momento in tue
magna beneficia prestas. Ergo
ergo non hora est vel punctus
in omni vita quo tuo beneficio
non vtar ita nulla
debet esse momentum quo te non

heam ante oculos meos ꝛ
memoria sed nec hoc valeo
nisi tu dederis in cuius est
omne datū optimū et omne
donū pfcm̄ desursū descen-
dens a prē lum̄ apud
q̄ nō est transmutaº nec
vicissitudinis obumbracio
nō est uolent nec cur-
r sed tui misereñt ut dili-
gã te. Tuū est .n. donū
cū ꝛ omne donū/ eꝯ est
omne bonū/ iubes te diligi
da q̄ iubes ꝛ iube q̄ vis

¶ De ardore diuini amoris

Oignis qui ¶ 19
semp ardes ꝛ nū-
quã extingueris. Amor
qui semp ferues ꝛ nūq̄
tepescas. Accende me acten-
dax inqȝ a te ut totū scm
diligã te diligã te quo-
niam prior dilexisti me et
vnde in hoc ut explice
sigĩ dilectionis tue maxime
erga me facta p īnūa bn-
ficia tua q̄bus a principio
educasti me/ qm̄ de nichi-
lo me creasti inter has cre-
aturas quas fecisti nobi-
litasti me lume vultus
tui/ q̄ signasti sup lumi-
nare cordis mei quo ab
insensibilibꝫ brutis me de-
creuisti ꝛ paulo minꝯ ab an-
gelis me fecisti/ seu mi-
nuisti/ pro hoc sunt an
conspectu bonitatis tue/ qui
cottidianis et singulis do-
narijs tuorū beneficiorū
me sine intermissione nut-
ris ꝛ q̄ filiū tuū puulum
et tenellū vberibꝫ tue co-
solacionis lactasti me/ vt
enim t totus seruire omnia
queqꝫ fecisti in meū sui-
cū tradidisti ¶ Qr̄ omnia

¶ subiecit deus seruicijs hoim

Omnia sub pe- ¶ 20
dibꝫ homi subiecisti
vt solus homo t subiceretur
et vt tuus eēt toꝯ homo
Sup omnia dne ē hō extio-
ra hō pro corpe cuncta
creasti/ ipm̄ vero corpus
p aīa/ aīa vero p te ut ti-
bi soli vacanz et te solū
amaret/ possidens te ad so-
lacium/ inferiora vō ad ser-
uitū q̄ .n. celi ambitu co-
tinetur inferius ab aīa hūa
est que fca est ut summū
boni possideat cuius posses-
bta fieret Cum si adhesit
auctori mutabilitas inferio-
ritates supgradiens illius
summe maiestatis cui ꝯemu-
latur spem ꝛ eternitate im-
mortalis eius eternitate
gaudebit Tunc .n. illius
bonis optimus fieret in

domo dni quod copia cide
ficta que hic tamquam ve
lut nichilum computatur Il
la s. q nec oculus vidit nec
auris audiuit nec in cor
hominis ascendit q preparauit
deus hijs q diligunt illa
et quid hic datus e ubi tu
qui et nunc cottidie letifi
cas animas seruorum tuorum
ut animas illas Quid mirum
hoc dne deus meus si mun
dum tua honorificasti et
similitudine tua nobilitasti
ad quam creati sumus nam
et corpori meo hic ad hoc
corruptibili et ignobili ut vi
deret dedisti celi claritate
per manum ministrorum tuorum
indefessorum solis et lune
qui precepto tuo die et no
cte iugiter deseruiunt similiter
tuis ut spiraret largitate
es aeris puritate ut au
diret sonorum varietate
ut odoraret odorum suauitates
ut gustaret saporum quali
tates ut contrectaret dedis
ti corpulentam omni grossi
tate adminiculancia suis ne
cessitatibus dedisti iumenta
volucres celi et pisces
maris et fructus terre ad
reficiendum impedisti me
dicinas de terra propter singu
las corruptelas cre
asti singula solacia ma

lis singulis obuiancia propterea
ti qm es miserator et mise
ricors et nouisti figmentum
meum sicut nos omnes
qui lutum in manu tua de
deus meus ¶ Ex consideracione
specialium bonorum colligitur ma
gnitudinem eternalium bonorum

Hic apperitur ¶ Si g
Domine ma tua mag
na dne sine tuo illustrata
quo magis ad huc ut amplius
magis appetatur Nam ex mi
nimis magna et ex visi
bilibus hijs tua inuisibilia
comprehendimus dne deus
sancte et bone creator meus
Hic n. om dne pro his aere
terra et mare luce tenebris
calore et umbre rore ve
tis et pluuijs uolucribus
et piscibus bestijs et arbo
ribus Multiplici herbarum
et germinum terre et cuncta
rum creaturarum tuarum ministe
rio nobis succesiue pro sua
tempora ministrantium ut alleuet
fastidium Qualia quo qua
magis et mirabilia erunt
illa bona q preparasti diligentibus
te et vere celi patria ubi facie
ad faciem te videbimus si
tanta nobis facis in carcere
q ages in pallacio magnifi
cum vere bona sunt omnia
omnia huiusmodi et opera tua Dome
ver ston et ecia valde

bona sunt omnia que et malis et
bonis pariter omnia tribuisti
Eternalia futura sunt omnia
illa que solis bonis reser-
vasti. Si tu mirabilia et varia
sunt tua dona que nunc creatu-
ris tuis et inimicis, quam immen-
sa et infinita illa que dul-
cia et delicata sunt que solis
largiturus es amicis. Si
tanta solacia das in die la-
crimarum, quanta conferes in
die nuptiarum. Si tanta delec-
tabilia continet carcer, quanta que
continet patria. Oculus non vidit
nec auris audivit que prepara-
sti diligentibus te secundum magnitudinem ma-
gnitudinis magnificencie tu-
e. Magna est multitudo dulce-
dinis tue quam abscondisti ti-
mentibus te. Magnus namque es
tu domine deus meus et immensus
nec est finis magnitudinis
tue nec finis seu numerus vel
mensura retribucionis tue, sed
sicut magnus es tu, magna
sunt donaria tua, quia tu ipse
premium es omnium legittimorum pu-
gnatorum tuorum. ¶ Divina
dulcedo omnem amaritudinem
presentis seculi tollit. 22.

Hec sunt beneficia tu-
a magna domine deus
sanctorum tuorum quibus
replentur ab inopia esuri-
encium filiorum tuorum, qui fa-
cius es spes desperatorum
et consolacio desolatorum. Tu
corona spei que ornata gloria
preparata vincentibus. Tu sacietas
famelicorum eterna danda e-
surientibus. Tu consolacio sempiterna
quam solis illis retribues qui con-
solaciones huius mundi pro consola-
cione tua contempnunt. Nam qui
hic consolatur, indignus tua con-
solacione habetur, sed qui hic
cruciatur a te consolabitur et
qui participat passionibus parti-
cipabit et consolacionibus. Nemo
potest in utroque seculo conso-
lari, nec quis hic et in futuro
gaudebit, sed unum necesse e-
st perdat unum qui alterum
voluerit possidere. Sic ut con-
sideras domine deus consolator meus
tenuo, in qua tenuo conso-
lari animam meam ut digna
habeatur tuis consolacionibus per-
cipiendis, quia iustum est ut a-
mittat te quicumque in ali-
quo alio magis consolari
elegit quam in te. O summa
veritas precor te ut me non
permittas in aliqua consolacione
consolari quam in te, sed omnia
pecto michi ut amara fiant, ut
tu solus dulcis appareas
anime mee, qui es dulcedo
inestimabilis per quam cunc-
ta amara dulcorantur. Tu
es enim dulcedo Stephano lapi-

des dulcdauit torretes tu dulcedo, et ceticulez lautre go dulce feait p tua dulce dine ibant apli gaudetes a cospectu conaliz qm di gni habiti sunt cotumelia p nomine ihu pati Ibat andreas ad cruce securus 7 gaudens qm ad tua dulce3 pveinebat hec tua dulcedo aplorz principes sic reple uit ut per ipa crucis pa tibulu unus eligeret alter cz caput ferientis gladio gladio subpone non time ret pro hac emeda pelle ppria bartholome9 dedit p h gustado venenu pocu lu iohes intrepidus opta uit, hac ut gustauit petr9 oim miseriaz oblitus q ebrius dus clamado do bonu e nos hic ee facia tria thaberna la hic mo rem te 7 cotepleumur qz nllo alio indige9 Suffic nobis inquit te videre suffiat nobis dulcedine tua saciari una stillam dulcedinis iste gustauit 7 oem dulcedine alia fasti diuit Qd putas dixisset si magna illam pietatis et benignitatis tue dulce3 gustasset qm abscondisti timetibz te, hanc ineffa bilem dulcedine 7 illa

Vgo agatha gustauit de qua legim9 qp letissima 7 glant ibat ad carcere et quasi ad eplas inuitata hac ut vexo 7 ipe gustaue rat qui dicebat qua mag nititudo dulcedinis tue do 7 q monebat gustate et videte qm suauis e do9 hec est illa btitudo domine deus mr qp expecta9 datu ru te nobis pro qua tibi dne cotinue militam9 p qua mortificam totu die ut in tua vita viua9

Qd tota spes et desi derium nrm debeat ee ad deum Capitulum 23

Ty aute expecta isrhael domine de siderium ad qp suspirat cot tidie cor nrm festina ne tardaueris surge et spera et glamur in lumine tuo apperi aures tuas clamo ribz pupillorz tuorz qui clamat ad te Pr nr da nobis hodie pane nrm cottidianu in cui9 forti tudine ambulet die ac no cte vsqz quo puemet ad monte tuu oreb Et ego paruulus inter puulos familie tue deus pater et virtus mea, qm veni am et apparebo ante facia

em tuā ut qui nūc cōfite
or tibi ad tpe extūc t con
fitear in eternū Beatus ero
si admissus fuero ad vidēdū
claritatē tuā Cuius mech
hoc tribuat ut illucōne p
ueniēte pmittas Scio dñe
scio et confiteor me indignū
vt intres sub tectū meum
sed fac pter tuū honorē
et nō confundas me te spān
tem seruū Et quis intra
bit in sctuariū tuū ad cō
siderāda potētias tuas nisi
tu apperies quis apperiet si tu
clauseris Si destruxeris
enī nemo est qui edificet
et si tu clauseris nēo est
qui apperiet si cōtinueris
aquas omnia siccabuntur / et
si emiseris eas subūtant
trā Si oīa quecūq fecisti ad
nichilū redigere quis cōtra
dicet t porro sempiterna bo
nitas glīe tue ī vita qua
nos esse voluisti tu nos
fecisti fabricator mundi re
ge quos creasti ne sper
nas nos qr opa tua sumus
Tu quidē domine deus meus
nos lutū et vermiculi nō
valemus in tuas eternitates
intrare nisi tu duxeris q
de nichilo cuncta creasti

C salus mea ex deo
est Cm XX

Ego autem opus
manuū tuarum cōfiteor t
in timore tuo qr nō in arcu
meo sperabo et gladius
meus nō saluabit me sed
dextra tua et brachium et
illuminatio vultus tui / aliogn
desperare quia tu spes mea
a qui creasti me / qm nō
dereliquisti sperantes in te
Tu quippe es dñe suauis
misericors paciens ī in vita
disponens omnia ī nos si
peccauimus tui sumus ī si nō
peccauimus scimus qm apud
te sumus computati Nos fo
lium [illegible] ī veritas omnis
hō viuens ī vetus est vita
mea sup terram Ne manifestes
[illegible] pupilli tui qm
tu nosti figmentū meum deus
deus meus Sta deus mea sta
malis fremis contra foliū
qd a vento rapitur ondere
vis potēciā et stipulam
siccā psequeris Quem dep
habis rex isrl pulicem
tuū / audiuimus de vita tu
dñe / qm tu mortē non
facis nec letaris in pdicō
ne morientiū Propter te ex
ora ī te / ne pmittas dñā
ri qd nō fecisti huic cre
ature tue qua fecisti
si doles de pditōe quid
te phibet domine ne sem
per lateris de mea sal
uatōe dū sic vis potes me

saluare / ego autem et si vel-
lem non possem tam magna
multitudo miseriarum mearum
velle quia in adiacet / per-
ficere autem non invenio / velle
etiam quod bonum est non possum
nisi tu velis nec quod volo
possum nisi potentia tua me
confortet / et quod possum ali-
quid volo / nisi tua voluntas
fiat sicut in celo et in terra
et quod volo et possum ignoro
nisi tua sapientia me illustret
et si sciam quidque volens quia
quasi non volens impleta et
vana transsit sapientia mea
nisi adiuvetur a vera sa-
pientia tua. In tua autem vo-
luntate cuncta sunt posita
et non est qui possit resis-
tere tue voluntati / deus do-
minator principatum tenens
conditor omnis carnis que-
cumque vis facis in celo et
in terra et in eius mari et in
omnibus abyssis / et in no-
bis domine fiat voluntas tua
super quibus invocatum est nomen
tuum ne pereat hoc nobile pla-
sma tuum / quod creasti propter
honorem nominis tui / et quis
est homo natus de muliere
qui vivat et non videat
mortem / et eripiat animam
suam de manu inferni ni-
si tu solus eripias vita
vitalis omnis vite per quem omnia

vivunt. [Quod voluntas huma-
na meritoria sit ad bona o-
pera sine divina gratia. C. I.]

Item tam tibi confessus
sum laus vite mee
deus meus et virtus salutis
mee. Sperabam aliquid in vir-
tute mea / que non erat vir-
tus et cum sic volui currere
ubi magis stare debebam
ibi retrorsum factusque sum ingre-
ditur quam ante / et quod debebam
ingredi consequi magis se e-
longauit a me / sic per diffi-
cilia multa vires meas pro-
bans nunc cognosco quod illumina-
ti me quoniam ubi magis po-
sse credidi per me / minus
semper ibi potui sine te / hoc
enim dicebam / faciam illud per-
ficiam / fiebatque post nec hoc
nec illud / aderat voluntas
nec erat facultas / aderat
facultas aberat voluntas quo-
niam de meis viribus confi-
debam. Nunc autem confi-
teor tibi domine rex celi et
terre / quoniam non in fortitudine
sua roboratur vir ut non
glorietur ante te / stulta presumptio
omnis carnis. Nec est hominis
velle quod possit quod aut posse
quod velit / vel scire quod velit
et possit. Sed potius a
te gressus hominis dirigentur
alioquin ingressus qui non a se
sed a te dirigi confitetur

Obsecro itaque viscera misericordie tue ut velis domine saluare quos creasti quoniam in tua potestate virtus est mee salutis. De antiquis beneficiis dei. 2.

Recordare domine misericordie tue antique qua nos a principio in benedictionibus tue dulcedinis preuenisti antequam nascerer ego filius ancille tue domine spes mea a iuuentute mea ab vberibus matris mee tu preuenisti me preparans in semitas quibus incederem et venirem ad te et ad domum glorie tue. Prius quam me formares in vtero nouisti me et antequam exirem de uentre quicquid tibi placuit preordinasti de me que sunt in libro tuo scripta de me in secreto consistorii tui, hec quidem ignoro domine et valde timeo tu vero nosti quoniam successus dierum et temporum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto quod in corpore cum tuo iam factum est et in eternitatis tue prouidencia preterit. Ego autem stans in hac nocte tenebrosa hec ignorans timor et tremor preuenerunt me dum video in vndique imminere pericula a malis quos hostibus vexari mihi necessitas imminet miseram in hac custoditu vita et nisi in tribus tantis malis aliquod foret in tuum amminiculum desperarem. Sed spes magna in sub clementissime princeps deus meus et consideracio multitudinis misericordiarum tuarum quas apud te sunt sublevat mentem meam et preuenienta signa misericordie tue que me antequam nascerer preuenerunt et numquam spaliter in me fluxerunt. Et future benignitatis tue perfectionemque et meliora munera que amicis tuis reseruas spem meam amouent vt mente letetur cor meum domine deus meus letitiam sui quod semper letificat meam iuuentutem. De angelis deputatis ad custodiam hominum. 2A.

Dilexisti enim me vnice amor meus antequam diligerem te. ad ymaginem tuam creasti me omnibus creaturis tuis preposuisti me quia dignitatem tuam quedam seruo cum nouerim te propterea quod fecisti me. Insuper fecisti angelos tuos spiritus quibus mandasti vt custodiant me in omnibus viis meis. Ne forte offendam ad lapidem pedem tuum. Hii sunt custodes super muros noue iherusalem et in circuitu eius vigilantes vigilias noctis super gregem tuum ne quis rapiat vt leo animam meam

[illegible] antiq⁹ ad ꝯ[illegible] nr̃ qua
quasi leo rugiens et rapiens
semper circuit querens quem devoret
Nisi sint cives superne therusalem
qui sursum est mater nostra in ministe
rium missi propter eos qui hereditatem
capiunt salutis ut eos libenter
ab inimicis suis custodirent
Hos et moveat et orationes filiorum
tuorum offerunt ante conspectum
magestatis tue Diligunt
nos venire concives suos per quos
ruine sue casus restaurari
expectant Propterea magna cura
et vigilanti studio assistunt nobis
omnibus horis et momentis
et locis succurentes et providentes
succurentes necessitatibus nostris
et solacia discurrentes inter nos
et te domine gemitus nostros atque
suspiria ad te referentes ut impetrent
tue benignitatis propiciacionem
et referant ad nos tue
gratie desideratam benedictionem
Ambulant nobiscum in omnibus
viis nostris intrant et exeunt
nobiscum attente considerantes
quam pie quam honeste inter medios
nationis quam sancte conversemur quanto studio
et desiderio querimus regnum
tuum et iusticiam tuam quantoque
timore et tremore serviamus et
exultemus et leticia cordis
nostri Adiuvant laborantes
custodiunt quiescentes hortantur
pugnantes coronant vincentes
congaudent gaudentibus de te
compaciuntur paciencibus propter te.
Grandis est eis cura de nobis magnus
affectus dilectionis eorum erga nos
et propter honorem tue inestimabilis
caritatis qua dilexisti nos Diligunt
nos quos tu diligis custodiunt
nos quos tu custodis et deserunt
nos quos tu deseris non diligunt operantes
iniquitatem et perdent omnes qui loquuntur
mendacium Quociens bene
agimus gaudent angeli et tristantur
demones Quociens vero a bono deviamus
dyabolum letificamus et angelos
suo gaudio defraudamus
Gaudium namque est eis super uno
peccatore penitenciam agente sed multo
magis gaudent super uno iam
iusto penitenciam deserente Da
quesumus da pater semper gaudere de nobis
ut tu possis semper laudari in
nobis et nos cum eis in unum omne
tuum ad dicamus et confite
amur simul nomini sancto tuo cetu
hominum et angelorum Hoc enim concorditer
laudantes te confiteor laudantes
dant te quia beneficia tua magna
sunt hoc est quod nos honorificasti
dans angelos tuos in ministerium
Tribuisti namque nobis
domine quicquid celi ambitu continetur
et quod pura reputata hoc quasi sub

celo sunt misi ades et ea
que sup celu sut / laudet
te omes angeli tui et con
fiteantur tibi dne h cuncta
opera tua / et sci tui bn
dicant te / honorificentia mi
quos nimis honorificasti
et ditasti multis muneribz
decorasti / admirabile e no
me tuu in vniuersa terra
Quid n est homo qz
magnificas et glorificas eu
aut quid apponis erga eu
cor tuu / dixisti enim veri
tas antiqua / delicie me
e / cu filiis hoim Nonne
ho putredo et filius hois
vermis Nonne vniuersa va
nitas omnis homo viues
et dignu ducis sup huiu
cemodi aperire oculos tuos
et adducere eu tecu in
iudicio De profunda p
destinacione et presciencia dei
Doce me 28.

De profundissima abis
sus creator et sa
piencia / qui libirasti in pon
dere montes et colles in
statera et appendisti tri
bus digitis molem terre
suspende mole corporalitatis
huius qua gero tribus
indiuisis digitis tuis ad
te vt videam et cognoscam
quam admirabilis es in vni
uersa terra / Lux antiquissi
ma que lucebas ante oez
lucem in montibus sanctis eter
nitatis antiqua cu nudis
et apta erant omnia antequam
fierent / lux quam odio habes
omnes maculas vtpote mun
dissima et inmaculatissima
quam e delicie cu hoibus / que
conuerso lucis ad tenebras
vt sint in hoibus delicie tue
vt compares in me dignu
situacionem in maiestati tue
Ad quid intueris mundu ce
naculum heres dilectus tue
Mundu n cenaculum decz
te mundo vtus / quam non nisi
a mundis videri pot mul
to magis neque haberi In
hoibus autem templu tu immun
de et immundo conceptu semine
quis mundare pot / nonne
tu qui solus es mundus
ab immundo n quid munda
bitur Ita et secundum lege
quam dedisti patribz nostris
in igne comburente montem
et in nube tegente aqua
tenebrosa quisquis tetige
rit immundus erit Omnes
autem nos qui procreati sumus
de massa corrupta

et immunda remittens maculam
immunditiae meae quam ce-
lare non possumus saltem tibi
qui omnia vides in fronte
portamus quare mundi esse
non possumus nisi tu mundave-
ris qui solus es mundus
Mundas autem de nobis fili-
is hominum eos in quibus tibi
placuit habitare quos ab
inaccessibilibus profundissi-
mis secretis iudiciorum in-
comprehensibilium semper ius-
torum sine eorum meritis
praedestinasti ante mundum
vocasti de mundo iustifi-
casti in mundo et magnifi-
casti eos post mundum Non
omnibus autem hoc facis
quod admiratur tabescentes
omnes sapientes terrae Et
ego domine considerans expa-
vesco de altitudine divitiarum
sapientiae et scientiae tuae ad quem
ego non pertingo et incompre-
hensibilia iudicia iustitiae tu-
ae qui ex eodem luto alia
quidem facis vasa in honorem
et gloriam alia vero in contume-
liam sempiternam Hos autem
mundos quos elegisti
et de multis in templum
sanctum effuderis sicque eos ac-
mundasti quorum omnia nomina
tu nosti qui solus numeras
nomina stellarum et orbis

eos nomina praescriptis qui etiam
sunt in libro vitae qui ne-
que perire possunt Cum enim ceciderit
non collidetur quia tu supponis
manum tuam custodis omnia
ossa eorum ut unum ex his
non conteratur Attamen mors
peccatorum pessima illorum in
quos antequam faceres
caelum et terram sicut abyssum mul-
tam iudiciorum tuorum occulto-
rum semper autem iustorum praescis-
ti ad mortem aeternam quorum
dinumeratio nominum et numerum
malorum apud te sunt qui
numerum arenae maris dinu-
merasti et dimensus es pro-
fundum abyssi De illis qui
prius sunt iusti et postea ef-
ficiuntur impii et econtra zo.
Magna sunt enim
iudicia tua deus
iudex iuste et fortis
qui iudicas aequitatem et
inscrutabilia ac profun-
da quae cum considero contre-
miscunt omnia ossa mea
qui non satiatur ego vivens
super terram ut serviam tibi caste
et pie omnibus diebus vi-
tae meae in timore et ex-
ultem tibi cum tremore et
non glorietur accinctus ut
discinctus neque glorietur an-
te omnis caro sed ante te
paveat et contremescat et

timeant a facie tua cum
ignoret homo utrum amore vel
odio dignus sit sic in futu
rum omnia reservantur incerta
Vidimus domine multos et
audivimus a patribus nostris quod
utique sine magno timore
non credo sine magno tre
more non confiteor as
cendisse quidem primitus
usque ad celos et inter
sydera nidum suum collocas
se postmodum decidisse us
que ad abyssos et animas eo
rum in malis obstupuis
se Vidimus stellas de ce
lo cecidisse ab impetu
ferientis caude draconis
et eos qui iacebant in
terra pulvere a facie sub
levatis manibus tue mi
rabiliter ascendisse Vi
dimus vivos morientes
et mortuos a morte re
surgentes et eos qui inter
filios dei ambulabant in
medio lapidum ignitorum quasi
in cebellum defluxisse Vidi
mus lucem contenebrasse et tene
bris luce processisse quod pu
blicani peccatores et mere
trices preveniunt incolas in
regnum celorum filii autem
regni eiciuntur in tenebras
exteriores Quare autem
ista omnia illi in morte des
cendunt isti autem ascendunt
ad vitam in qua ascendit an
gelus et de qua descendit
dyabolus Quos autem predesti
nasti ipsos et vocasti et
mundasti cum quibus et in qui
bus sunt delicie tue sancte et
munde in quibus tu delectaris
et letificaris in inquietu
de eorum habitans cum eis in
memoria eorum Hii ipsi tem
pla tuum sanctum sunt quod magne
dignitatis commendatio
est et felicitatis humanitatis
inter

## Quod anima fidelis sit sanctuarium dei: Capitulum 20

M ra. n. tua creasti
nos ex nichilo per
verbum tuum et dedisti no
bis racionem quidem racio in
tellectualis et spiritualis sem
per vivens semper in motu
est per quam ipsam animam
decorasti quam signasti
lumine vultus tui et con
secrasti virtute lavacri tui
atque ita capacem effecisti ma
iestatis tue ut a te so
lo et nullo alio possit im
pleri Cum autem te ha
bet plenum est desiderium
suum et nihil aliud quod de
sideratur ulterius restat
dum autem aliquid ex

tius desiderat/ maius tu e qr
te nõ habet interius quo
hito nichil aliud e q ultra
desiderat/ qr tu es summu et
omẽ bonu q si non deside
rat de bonu restat ut desi
deret aliquid q non est omẽ
bonu ergo nec summu bonu
sed nec ergo dnm desiderare
summu bonu/ sed nec crea
torẽ sed potius creatura
¶ Cu aute creatura deside
rat cõtinua famẽ habet
qr licet q desiderat de cre
aturis adipiscat vacua
tamẽ remaneat/ qr nichil e
q ea impleat/ nisi tu ad
cuius ymagineȝ est creata
¶ Imples aute amicos tu
os qui nichil aliud desi
derant pter te et facis
eos dignos te sanctos et
inmaculatos ac beatos
qui omnia reputant ut ster
cora ut lucrifaciant solu
te hec est beatitudo qua
homi cõtulisti ut admira
bile sit nomẽ scm tuum
in vniusa terra ¶ Qr ne
q per sensus interiores nec
exteriores pt cõprehendi deus

Ecce dne deus ¶ Tu
meus summe op
time omnipo me
inueni locu vbi habitas
qr i aia qua creasti ad y
magineȝ et silitu tuaȝ
que te solum querit et de
siderat ¶ Erraui ego sicut
ouis que perit et querens
exterius et laboraui multu
querens extra me et tu ha
bitas in me/ si tu ego deside
raui te ¶ Intraui vicos et
plateas ciuitatis huius
mundi querens te et nõ inue
ni quia male querebam
foris q erat intus Misi
nuncios meos omnes sensus
exteriores ut quererent te
et nõ inueni qr male q
rebam. ¶ Video n lux mea
deus qr illuminasti me/ tu
enim es intus et tu vnde
intraueris ipi nescierunt
¶ Nã oculi dicunt/ si nõ colo
ratus fuit per nos nõ in
trauit ¶ Nasus dicit si nõ oluit
per me nõ intrauit Au
res dicunt si sonitu non
fecit per nos nõ intrauit
Et gustus si non sapuit
per me non intrauit Ta
ctus etiã addit Si cor
pulentus nõ est nichil
de hac re me interroges
¶ Non ista sunt deus meus
nõ n speciem coloris nec
decus temporis nec candore
lucis aut colore nõ dul
ciu melodyaru cantus et q

cunctisque dulce sonantia. Non
florum et vngentorum uel aro-
matum odores. Non mella uel
manna gustu delectabilia. non
etiam que ad tangendum uel am-
plexandum amabilia. Nec omnia
alia corporibus sensibus subiecta que-
ro, cum quero deum meum.
Absit ut ista credam deum me-
um que etiam a brutalium sensibus
comprehenduntur. et tamen deum
quero, quero nichilominus quan-
dam lucem quam non capit visus,
quendam sonum quem non capit
auris, quendam odorem quem
odorem non capit naris, quen-
dam dulcorem quem non sapit
gustus, quendam amplexum
super omnem amplexum quem tactus
non tangit nisi interioris quidem
hominis cor. Ista lux lucet
ubi locus non capit. Ista
vox sonat ubi tempus non capit.
Odor iste redolet ubi fla-
tus non spargit. Sapor iste
sapit ubi non est edacitas.
Amplexus iste tangitur u-
bi non divellitur. Hic est
deus meus et non existima-
bitur alius ad illum, hoc quod
istud amo, cum deum meum a-
mo. Sero te amavi. et tu
intus eras et ego foris,
et in ista formosam yma-
ginem quam fecisti deformis

intuebar mecum eram et
